

rogationis sit apposita clausula, quod illorum effectum sortiantur de consensu magistri, et conventus præfatorum, et non alias, aliter, nec alio modo. Quibus omnibus, et eorum singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, ac in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus derogari possit, quodque clausula implicitæ derogationis in rescripto, etiam motu proprio emanato apposita aliter in literis exprimi, vel extendi nequeat, illorum omnium tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore, et firmitate permansuris, hac vice dumtaxat harum serie in genere, et in specie ad effectum præmissorum specialiter, et expresse motu, et scientia similibus derogamus, ac derogatum esse decernimus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus ubique fides tam in iudicio, quam extra illud adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, et adhiberi posset, si forent exhibitæ, vel ostensæ, quodque prædicti, antequam gratia creationis in notarios perfrui valeant, in manibus alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ professionem fidei juxta articulos pridem a Sede prædicta propositos emittere, et solitum fidelitatis juramentum præstare omnino teneantur, et quilibet ipsorum teneatur. Cæterum volumus pariter, atque decernimus, ut, si cui ex supradictis cappellanis similes testandi de bonis, ac pensiones transferendi facultates ab aliquo Romano pontifice prædecessore Nostro, cui simile cappellani ministerium præstiterit, concessæ fuerint, præsentibus literæ illi, quoad facultates testandi de bonis, et transferendi pensiones hujusmodi minime suffragentur. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die XXI. junii MDCCLXXV. pontificatus Nostri anno primo.

## XLVIII.

Confirmatur erectio confraternitatis  
B. M. V. de Monte Carmelo  
civitatis Mariannensis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **P**ietatis, et christianæ charitatis opera, quæ Salvator, et Dominus Noster Jesus Christus, cujus vices, licet immeriti, gerimus in terris, fidelibus suis instanter commendavit, ubique cum divini cultus incremento, et erga augustissimam coeli reginam beatam virginem Mariam veneratione, atque animarum salute, exercere cupientes, spiritualibus gratiarum muneribus prosequimur, ut inde ferventius ipsi Deo inservire, atque immarcescibilem æternæ beatitudinis gloriam sibi valeant comparare.

§. 2. Nuper siquidem nomine dilectorum filiorum civium, et incolarum civitatis Mariannensis, ejusque districtus expositum Nobis fuit, quod priscis temporibus hominum memoriam excedentibus eadem civitas spectabilissimo, ac sanctissimo nomine Mariæ de monte Carmelo nuncupabatur, postmodum vero cla. mem. Joannes V, dum vixit, Portugallia, et Algarbiorum rex fidelissimus nomen istud non ita pridem in aliud Mariæ Annæ commutavit, et auxit, ac civitatem ipsam Mariannensem nuncupandam esse voluit.

§. 3. Singulari itaque fervore devotionis accensi nonnulli ex prædictis civibus, et incolis, ac in unum jamdiu congregati de erectione confraternitatis tertii ordinis ejusdem beatissimæ, semperque virginis Mariæ de monte Carmelo cogitarunt, atque ad hunc effectum jam multis ab hinc quoque annis in ecclesia, sive cappella sancti Gundisalvi, prædictæ civitatis Mariannensis plura pietatis, ac devotionis opera erga beatam virginem Mariam ejusdem civitatis patronam exercuerunt, ac in dies exercent.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subungebat, ut cultus ipsius beatæ Mariæ virginis magis magisque augeatur, dicti exponentes unam virorum, non tamen unius specialis, ac mulierum confraternitatem sub invocatione beatæ Mariæ de monte Carmelo tertii ordinis nuncupatam in memorata ecclesia, seu cappella sub invocata

Dat. die  
26. Junii  
1775.  
Anno I.

Proœmium.

Civitas Mariannensis antiquitus s. Mariæ de monte Carmelo nuncupabatur.

Et confraternitas sub eodem nomine plura devotionis opera exercere erga prædictam patronam virginem consuevit.

Ad majorem beatæ virginis cultum hujus confraternitatis, alteriusque existentis in loco Villa Ricca nuncupato erectioni confirmatio exposulatur.

Derogationes superius relate intelligi debent appositæ in quovis rescripto, vel motu proprio relate, licet non expresse.

Fides habenda transumptis.

tionem sancti Gundisalvi de consensu venerabilis fratris episcopi Mariannensis erectam, seu erigendam, quam in oppido, seu loco de Villa Ricca nuncupato, et dissito stadiis circiter sex ab eadem Mariannensi civitate, alia similis confraternitas canonice erecta reperitur, per Nos confirmari, et approbari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut erectioni, et institutioni prædictis apostolicæ firmitatis robur adijcere, ac alias in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatio conceditur dummodo erectio fuerit canonice facta de episcopi consensu.

§. 5. Nos igitur, qui devotionem, ac piorum operum, ac divini cultus incrementum, nec non animarum salutem sinceris desideramus affectibus, ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, licet in prædicto oppido, seu loco de Villa Ricca similis confraternitas canonice jam erecta existat, ut præfertur, nihilominus erectionem, et institutionem unius confraternitatis sub invocatione beatæ Mariæ virginis de monte Carmelo tertii ordinis nuncupatæ utriusque sexus non tamen unius specialis artis prædictas, quatenus canonice de licentia moderni episcopi Mariannensis prædicti factæ fuerint, vel faciendæ sint, auctoritate apostolica, tenore præsentium, approbamus, et confirmamus, illisque apostolicæ, et inviolabilis firmitatis robur adiicimus, ac omnes, et singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper in præmissis quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus, ac pariter nihilominus in prædicta ecclesia, seu cappella sancti Gundisalvi civitatis Mariannensis unam confraternitatem sub invocatione ejusdem beatæ Mariæ virginis de monte Carmelo, cujus confratres processionaliter incedere, divina officia decantare, sese congregare, et cætera, quæ per confratres aliarum confraternitatum fieri solent, facere libere, et licite valeant sine alicujus præjudicio, et dummodo ordinarii loci ad id accedat assensus, auctoritate, et tenore prædictis perpetuo erigimus, et instituimus.

Confratribus licentia conceditur condendi

§. 6. Nec non confratribus dictæ confraternitatis sic erectæ, vel erigendæ

pro tempore existentibus, ut quæcumque capitula, statuta, decreta, et ordinationes pro salubri eorum, et dictæ confraternitatis gubernio, et directione necessaria, et opportuna, licita tamen, et honesta, a sacris canonibus, et concilii Tridentini decretis non contraria, ac per ordinarium loci examinanda, et approbanda facere, et edere, illaque pro tempore prout esse videbitur, et expediens fuerit, prævia tamen examinatione, et approbatione hujusmodi mutare, alterare, corrigere, et in melius reformare, ac insuper omnia, et singula legata relicta, res, et bona quomodolibet qualificata, mobilia, et immobilia per quoscumque Christifideles dictæ confraternitati data, et relicta recipere, illaque per ejus officiales, seu deputatos, regere, et gubernare, ac administrare, et in ipsius confraternitatis, illius piorum operum usus convertere, ita tamen, ut de receptis, et administratis per eos ordinario loci juxta decreta concilii Tridentini rationem reddere teneantur libere, et licite possint, et valeant auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

§. 7. Ac insuper, ut dicta confraternitas sic erecta seu erigenda majora in dies suscipiat incrementa de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui dictam confraternitatem in posterum ingredientur, die primo eorum ingressus, si vere poenitentes et confessi sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint, plenariam, nec non tam descriptis, quam pro tempore describendis in dicta confraternitate confratribus, et consororibus vere poenitentibus, et confessis, qui in festo principali commemorationis ejusdem beatæ Mariæ virginis die xvi mensis julii, aut juxta ritum nonnullorum locorum die dominico immediate sequenti celebrari solito sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint, ac pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint plenariam, eisdemque confratribus, et consororibus, qui in articulo mortis poenitentes, et confessi, ac sanctissima communione refecti, nomen Jesu, ore si potuerint, sin minus corde devote invocaverint, plenariam. Insuper confratribus, et consororibus prædictis, qui poenitentes, et confessi, ac sacra communione refecti processioni in una dominica cu-

Concessio indulgentiarum tam pro confratribus jam descriptis quam pro aliis in posterum describendis.

statute, decreta, et ordinationes pro gubernio confraternitatis.

quolibet mensis per dictam confraternitatem, de ordinarii loci licentia faciendæ, devote interfuerint, et ibi, ut præfertur, oraverint, plenariam; ipsis quoque confratribus, et consororibus, qui ab esu carniùm iis diebus, in quibus confratres dictæ confraternitatis ex illius instituto vesci non solent, abstinebunt, et tercentum dies, et qui quolibet die septies orationem Dominicam, et toties salutationem Angelicam ad honorem gaudiorum ejusdem virginis recitaverint, quadraginta dies, et qui ex confratribus ejusdem confraternitatis poenitentes, et confessi semel in mense sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint, et, ut præfertur, oraverint, quinque annos, et totidem quadragenas. Præterea qui poenitentes, et confessi in qualibet ex festivitibus ejusdem beatæ Mariæ virginis sanctissimum Eucharistiæ sacramentum in ecclesia, vel cappella dictæ confraternitatis devote sumpserint, et, ut supra dictum est, oraverint, tres annos, et totidem quadragenas, nec non qui cum lumine, sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, quando ad infirmos defertur, comitati fuerint, et pro iisdem infirmis pijs ad Deum preces effuderint, quinque annos, et totidem quadragenas. Insuper qui corpora defunctorum quorumcumque ad sepulturam associaverint, et pro eorum animabus ad Deum oraverint, centum dies, et qui officium beatæ Mariæ virginis devote recitaverint, pariter centum dies; qui vero missis, et aliis divinis officiis in ecclesia, seu cappella, aut oratorio confraternitatis hujusmodi pro tempore celebrandis, et recitandis, seu congregationibus publicis, vel privatis ejusdem confraternitatis ubivis faciendis intervenerint, aut pauperes hospitio susceperint, aut eis in eorum necessitatibus, vel periculo peccandi existentibus auxiliati fuerint, aut elemosynas temporales, vel spirituales eis dederint, vel pacem cum inimicis propriis, vel alienis composuerint, seu componi fecerint, aut devium aliquem ad vitam salutis reduxerint, aut ignorantes Dei præcepta, et ea, quæ ad salutem sunt, docuerint, aut quodcumque aliud pietatis, aut charitatis opus exercuerint toties pro quolibet prædictorum piorum operum centum dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentis in forma Ecclesiæ consuetæ concedimus, et relaxamus, omnesque supradictas indulgentias, peccatorum remissiones, et poenitentiarum

*Bull. Rom. Tom. V.*

relaxationes animabus Christifidelium, quæ ex hoc mundo migraverint per modum suffragii applicari posse pariter concedimus.

§. 8. Ac præterea, ut confratres, et consorores dictæ confraternitatis sic erectæ, qui processioni in una dominica cujuslibet mensis ab ipsis fieri solitæ commode interesse non potuerint, si vere poenitentes, et confessi, ac sacra communione refecti cappellam prædictam confraternitatis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pijs ad Deum preces effuderint, eandem plenariam omnium peccatorum indulgentiam, et remissionem illis, qui processioni huic intersunt concessam pariformiter consequantur, et similiter infirmi, captivi, et peregrinantes, qui cappellam hujusmodi dicta dominica visitare nequiverint, si officium parvum beatæ Mariæ virginis, aut quinquages orationem Dominicam, et salutationem Angelicam recitaverint, et saltem contriti fuerint, cum proposito confitendi, et sacram communionem recipiendi quam primum potuerint, quod adimplere omnino teneantur, præfatam plenariam indulgentiam, et peccatorum remissiones etiam consequantur. Insuper ut festum principale commemorationis beatæ Mariæ virginis die xvi mensis julii, vel dominica immediate sequenti quotannis celebrari solitum, ob majorem devotionem, et commoditatem Christifidelium, quando eadem die occurreret alia solemnitas in aliam dominicam ejusdem mensis transferri possit indulgemus.

§. 9. Ad hæc facultatem rectori, sive cappellano, seu quomodocumque aliter nuncupato sacerdoti primario dictæ confraternitatis, ejusque successoribus benedicendi sacrum scapulare, et illud imponendi utriusque sexus Christifidelibus (quorum nomina describi debeant in libris confraternitatis hujusmodi) ipsisque in mortis articulo constitutis absolutionem, et indulgentiam plenariam impertiendi cum potestate substituendi quemcumque alterum sacerdotem sibi benevisum in casu, quo ipse legitimo impedimento detineatur tribuimus, et elargimur.

§. 10. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. In contrarium faciebitur non obstantibus quibuscumque.

§. 11. Volumus autem, ut si dicta confraternitas, alicui confraternita-

Extensio indulgentiarum favore confratrum, vel consororum interesse processio nibus non valentium.

Facultas rectori, seu cappellano conceditur benedicendi scapulare, et illud imponendi singulis christifidelibus.

Clausule salutare, ex derogatorie contrarium.

Declaratur indulgentias non extendi ad alias

confraternitates in posterum aggregandas.

ti aggregata sit, vel in posterum aggregetur, aut quavis alia ratione uniat, aut etiam quomodolibet instituat, priores, aut quavis aliæ literæ apostolicæ quoad indulgentias illi nullatenus suffragentur, sed ex tunc nullæ sint eo ipso. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima sexta junii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

### XLIX.

Dat. die  
30. iunii  
1775.  
Anno I.

Confirmantur quædam regulæ pro gubernio duorum conventuum ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis captivorum provincie Italiæ in regno Sardinie existentium, et ab eadem dismembratorum.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Exponitur quo modo regulæ conditæ fuerint pro meliori gubernio conventuum.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecit dilectus filius Ignatius Isleri frater, et sacerdos expresse professus ordinis sanctissimæ Trinitatis Redemptionis captivorum provincie Italiæ, quod in regno Sardinie duo reperiuntur conventus ordinis, et provincie hujusmodi; quia vero capitula provincialia semper extra dictum regnum haberi solent, hinc propter expensas, quæ in itineribus peragendis, omnino sunt necessarie, eorundem duorum conventuum fratres, qui juxta constitutiones ipsius ordinis apostolica auctoritate confirmatas ad capitula prædicta accedere tenentur, se ad illa conferre haud commode possunt, ita ut malo huic, atque incommodo nullum aliud magis efficax remedium adhiberi valeat, præter separationem, et divisionem a provincia prædicta duorum conventuum hujusmodi, quorum fratres sub directione unius vicarii generalis in posterum vivere debeant. Ad hunc itaque effectum, ac pro bono regimine, gubernio, et concordia eorundem duorum conventuum nonnullæ regulæ in decem articulos distributæ desuper confectæ fuerunt, quorum articulorum tenor est qui sequitur nempe.

§. 2. = 1.º Il procuratore generale nominerà ogni triennio dal numero de' pp. graduati un vicario generale per quanto potrà di comune aggradimento, e lo confermerà con patente autentica; farà questi una sola visita nel trien-

nio senza esiggere propina alcuna, e potrà per questa delegare altro religioso graduato; fisserà la residenza nel proprio convento di professione, avrà la giurisdizione ordinaria, e facoltà, che permettono le costituzioni ai pp. provinciali, e dopo il suo governo goderà que' privilegi, che godono i pp. di provincia.

§. 3. = 2.º Nella nomina de' vicarij generali vi sarà l'alternativa triennale fra i due conventi, sì perchè si mantenga sempre più una religiosa concordia, come anche perchè si conoscano giusta i diritti dell' equità i meriti de' zelanti religiosi.

§. 4. = 3.º Il vicario generale ricevuta la patente nominerà in assistenti due padri graduati, cadauno de' rispettivi conventi ad effetto di consultarli nelle occorrenze necessarie non solo; ma ancora per esaminare que' religiosi, che compito avranno il corso della lettura, e predicatura, e i candidati, che incontrata avranno presso gli assistenti l'approvazione negli esami, dovranno essere ammessi al grado per patente del p. generale.

§. 5. = 4.º Se il vicario generale pria di compire il triennio chindesse i giorni di sua vita, spetterà presiedere al primo assistente col titolo di visitatore sino al termine del triennio, e ne darà pronta contezza al p. generale.

§. 6. = 5.º Il vicario generale quattro mesi prima della scadenza del triennale suo governo ne renderà certiorato il p. generale, affinché questi avendo campo di maturare la nomina del successore, e di spedirgli la patente possa far prendere il possesso del governo il sabato pria la quarta domenica dopo pasqua secondo le costituzioni, e farà altresì presente al p. generale il soggetto abile alla predetta carica.

§. 7. = 6.º I superiori locali verranno eletti da' padri vocali de' rispettivi conventi, e quindi confermati per patente del vicario generale; e qualora in un triduo non si devèrà alla predetta elezione, si devolverà questa al vicario generale; dato poi il caso di non aversì in uno de' due conventi numero sufficiente di vocali per la canonica elezione, dovrà in simile emergente distendersi, e spedirsi dal vicario generale la patente di superiore a quel padre, che gli verrà proposto dalla comunità.

§. 8. = 7.º Nel rimanente dovrà il vicario generale regolarsi, ed attenersi al prescritto della regola, e costituzio-

De alternativa inter religiosos duorum conventuum servanda.

De electione, et munere assistentium.

De præcedentia danda primo assistenti in casu mortis vicarii generalis non dum exacto triennio

Quod vicarius generalis teneatur finem gubernii p. generali nunciare per quatuor menses ante.

De electione, et confirmatione superiorum localium.

De Alexandri VII. constitutione servanda.

De electione, residentia, et jurisdictione vicarii generalis.

ni di Alessandro pp. VII; come pure gli individui dei due conventi, mentre sono quelle stesse, che hanno professato.

De communicacione suffragiorum, et de latione habitus

§. 9. 8.<sup>o</sup> Proseguirà nelle rispettive occorrenze una reciproca comunicazione fra i religiosi, che vivono sotto i dominj di s. m. Sarda, e perciò continueranno farsi i soliti reciproci suffragj per i rispettivi defonti, dovendo altresì i padri Sardi uniformarsi coi Piemontesi circa la delazione dell' abito. Dandosi dunque il caso di trasferirsi qualche religioso dalla Sardegna in Piemonte, dovrà partire munito di lettera obbedienziale del p. vicario generale, e viceversa se qualche religioso dovrà dal Piemonte esser trasferito in Sardegna, dovrà andarvi coll' obbedienza del commissario provinciale, e in difetto del suo superiore locale.

De suspensione facultatum vicarii tempore visitationis ministri generalis

§. 10. = 9.<sup>o</sup> Che le facultà del vicario generale rimanghino sospese, allora quando il ministro generale dell' ordine faccia la visita.

De appellationibus ad unum ministrum generalem affluendis.

§. 11. = 10.<sup>o</sup> Che le appellazioni a jure sempre abbiano luogo presso del suddetto p. ministro generale, e che restino nella sua forza a norma delle costituzioni dell' ordine.

Preces porrecte pro confirmatione dictarum regularum.

§. 12. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dictus Ignatius, juxta præmissa eosdem duos conventus a provincia Italiae ordinis hujusmodi per Nos dividi, et separari, ac regulas, articulosque superius relatos, etiam in iis, quæ quoquomodo constitutionibus dicti ordinis contraria sint, approbari, et confirmari summopere cupiat, idque etiam carissimus in Christo filius Noster Victorius Amadeus Sardiniae rex illustris plurimum desideret.

Confirmationis tenor.

§. 13. Nos ipsius Victori Amadei regis votis, quantum cum Domino possumus, benigne annuere volentes, dictumque Ignatium a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audita super præmissis relatione dilecti filii Nostri Francisci Sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis Carafa nuncupati congregationis venerabilium fratrum Nostrorum ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium consultationibus episcoporum, et regularium præpositorum præfecti, memoratos duos conventus provinciae Ita-

liae ordinis sanctissimæ Trinitatis Redemptionis captivorum in regno Sardiniae existentes, ut præfertur, ab eadem provincia Italiae auctoritate apostolica, tenore præsentium perpetuo dividimus, separamus, atque sejungimus, illosque in posterum juxta regulas in præinsertis articulis contentas, et expressas gubernari, et regi debere auctoritate, et tenore prædictis decernimus, et mandamus; ac propterea easdem regulas in dictis articulis comprehensas in iis etiam, quæ quoquomodo constitutionibus ipsius ordinis adversentur, auctoritate, et tenore similibus confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiacimus.

§. 14. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respectiva inviolabiliter observari.

Præceptum de iu perpetuum servandis literis.

§. 15. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula subla ta, et decretum irritans.

§. 16. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et provinciae hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die trigesima junii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

Derogatio contrariorum.

Dat. die  
5. Julii  
1775.  
Anno I.

L.

Statuitur, ut dos Cappelletti assignari debeat solis puellis ingredientibus monasterium monialium Boni Jesu civitatis Urbevetanæ,

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam,

Tenor testa-  
menti condita  
Mutio Cappel-  
letti pro ere-  
ctione mona-  
sterii.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo filiæ modernæ abbatissæ, et moniales monasterii Boni Jesus nuncupatæ civitatis Urbevetanæ, quod alias tunc in humanis agens quondam Mutius Cappelletti ex castro Allerona nuncupato diocesis Urbevetanæ in ultimo, cum quode cessit, testamento mandavit, ut ex sua hæreditate a fundamentis excitandum, et construendum esset unum monasterium intra dictam civitatem pro tresdecim monialibus, quarum septem ortum haberent ab eadem civitate, aliæ vero sex a sua patria, seu dicto castro Allerona sub ordine, ac regula beatæ Mariæ virginis de monte Carmelo, sive sanctæ Claræ, quæ nulla soluta dote excipi, ac retineri deberent expensis suæ hæreditatis plenam executionem propriæ voluntatis committendo executoribus testamentariis ab ipso Mutio nominatis.

Paulus V. te-  
stamentariam  
dispositionem  
justis de cau-  
sis commutavit  
jussitque colle-  
gii erectionem  
pro educandis  
adolescentibus,  
et dotem con-  
stituit favore  
puellæ bonæ  
famæ, et pau-  
peris familiæ.

§. 2. Verum quia probe noverant dicti executores testamentarii, quod redditus ejusdem hæreditatis (solutis legatis, aliisque solvendis) satis minime erant pro constructione novi monasterii, et ecclesiæ cum manutentione tresdecim monialium, cappellani, confessarii, concionatoris, ac aliorum ministrorum, ac præterea animadvertentes, quod minime necessaria dignoscatur nova erectio monasterii, quippe quia usque tunc in prædicia civitate alia sex monasteria jam existebant, prout nunc quoque reperiuntur; quæ de re cum dicti executores præmissa omnia felicitis recordationis Paulo pp. V prædecessori Nostro exposuissent, idem Paulus prædecessor per suas in simili forma Brevis die xi Julii MDCXIV expeditas literas commutavit dispositionem prædicti Mutii testatoris, atque jussit, ut loco ædificandi monasterium, erigendum esset collegium unum intra eandem civitatem Urbevetanam pro adolescentibus educandis, ac scientiis bonisque moribus instruendis, inter quos tres esse deberent ex castro Al-

lerona, manutenendi expensis hæreditatis ipsius Mutii testatoris, ac præterea voluit, quod biennio quolibet cum redditibus ejusdem collegii assignanda esset quantitas scutorum quatuorcentum pro dote unius puellæ boni nominis, et famæ, ac filiæ alicujus pauperis civis prædictæ civitatis, ad hoc ut ipsa regularem habitum in uno ex monasteriis, aut sancti Bernardini, aut Boni Jesus civitatis Urbevetanæ hujusmodi suscipere posset, simulque declaravit, ut electio hujus puellæ pertinere deberet ad quinque nobiles præfatæ civitatis selectos a generali illius consilio sub nomine commissariorum collegii Cappelletti, quibus illius curam attribuit, ac alias prout in ipsius Pauli prædecessoris literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius contineri dicitur.

§. 3. Postmodum vero felicitis memoriæ Urbanus pp. VIII prædecessor quoque Noster memoratas ipsius Pauli prædecessoris literas approbavit, et confirmavit, nec non voluit, et declaravit expresse, ut prædicta dos Cappelletti nuncupata conferenda esset quolibet biennio uni ex puellis pauperibus civibus ejusdem civitatis cum expressa obligatione in Domino nubendi, et regularem habitum suscipiendi in dicto monasterio Boni Jesus civitatis Urbevetanæ, ita exigentibus necessitate, atque egestate ejusdem monasterii, ac alias prout in memorati Urbani prædecessoris in simili forma Brevis die xxiiii maii MDCXXV expeditis literis, quarum itidem tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius dicitur contineri.

§. 4. Et quamvis anno MDCLIII tunc in humanis agens Anna Edentoli puella Urbevetana supplices porrexisset preces congregationi tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium consultationibus episcoporum, et regularium præpositorum pro obtinenda facultate suscipiendi regularem habitum in alio monasterio sancti Ludovici, ac insimul assequendi dotem Cappelletti prædictam, nihilominus postquam dicta congregatio audiverat commissarios deputatos super hæreditate dicti Cappelletti, ac perpensis quoque prius verbis literarum dicti Urbani prædecessoris bo. me. Marius, dum vixit, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardi-

Pauli V. literas confirmavit Urbanus VIII. jubens ei dandam esse dotem, quæ habitum sumere in monasterio boni Jesu civitatis Urbevetanæ.

Nulli puellæ dos tribui potest, quæ alio monasterio nomen dare voluerit.

nalis Ginnetus nuncupatus die vi. martii ejusdem anni, uti præfectus ipsius congregationis sua epistola ad tunc existentem episcopum Urbevitanum conscripta, mandavit, ut neque prædicta Anna, neque alia puella ejusdem civitatis frui posset legato ipsius Cappelletti testatoris, nisi in casu, quo regularem statutum assumere vellet in dicto monasterio Boni Jesus, cujus favore cohibita fuit nominatio ab ipso Urbano prædecessore.

§. 5. His tamen omnibus minime obstantibus, novissime, anno scilicet, MDCCLXXIII dilecta in Christo filia Artemisia Lazzarini puella Urbeveta, cum preces obtulisset felicitis recordationis Clementi XIV. prædecessori Nostro, ac postulasset, ut hujusmodi dotem consequi posset, etiamsi ipsa religioni nomen daret in alio monasterio sancti Pauli, ac remissis hujusmodi precibus arbitrio prudentiæ, et conscientiæ ordinarii, dicta Artemisia non auditis neque commissariis, neque monialibus monasterii Boni Jesus eandem dotem Cappelletti obtinuerit.

§. 6. Hinc dictas exponentes, ut in posterum ea, quæ in memoratis literis Pauli V, et præsertim Urbani VIII. prædecessorum Nostrorum præscripta fuerunt quoad eorum monasterium inviolabiliter observentur, ejusque jura sarta tecta permaneant, literasque prædictas per Nos confirmari, et approbari, ac ne in posterum absque consensu commissariorum deputatorum, et monialium dicti monasterii Boni Jesus dos hujusmodi puellis alia monasteria ingredientibus concedi valeat discerni, et declarari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis sibi opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignareremur.

§. 7. Nos igitur dictas exponentes specialibus gratis, et favoribus prosequi volentes, earumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, memoratas literas tam ejusdem Pauli pp. V., quam etiam potissime ipsius Urbani VIII. prædecessorum Nostrorum, in quibus præscribitur, ut dos hujusmodi solis puellis monasterium Boni Jesus ingredi-

bus assignanda sit, et concedenda apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque apostolicæ firmitatis robur adiciamus.

§. 8. Ac præterea, ut in posterum dos prædicta Cappelletti nuncupata solis puellis, quæ regularem habitum assumere velint in aliis monasteriis, absque consensu commissariorum deputatorum, ac monialium dicti monasterii Boni Jesus concedi, et assignari minime possit, et valeat, auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus, nec non præcipimus, et mandamus.

§. 9. Decernentes easdem præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

§. 10. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 11. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, dicti monasterii statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die tertii julii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

Et dos Cappelletti nulli puellæ concedi posse decernitur nisi de consensu monialium et commissariorum monasterii Boni Jesus.

Clausula salutare

Decretum irritans.

Derogatio contrariorum.

Nihilominus jura monasterii prout tantum vice fraudata fuerunt.

Ne exemplum hujusmodi renovaretur in posterum, imploratur confirmatio literarum Pauli V. et Urbani VIII.

Literæ hujusmodi confirmantur, et in perpetuum exequantur, et serventur, et serventur.

Dat. die  
4. Julii  
1776.  
Anno I.

LI.

**Dismembratio monasterii monialium s. Claræ de la Guiche nuncupatarum Blesensis diœcesis a jurisdictione fratrum s. Francisci Conventualium, et ejus subjectio ordinario.**

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. **I**njuncti Nobis per abundantiam divinæ gratiæ pastoralis officii sollicitudo postulat, ut ad ea per quæ prospero monasteriorum devoti feminei sexus statui, quoad Nobis integrum est, opportune consulitur, ejusdem officii partes sedulo intendamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Expositio præcum super necessitate decernendæ dismembrationis.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit venerabilis frater Carolus Gilbertus episcopus Blesensis, quod extat in sua diœcesi Blesensi unum monasterium monialium sub titulo, seu invocatione sanctæ Claræ de la Guiche vulgo nuncupatarum viventium sub regula sancti Francisci, quod tam in spiritualibus, quam in temporalibus a fratribus ordinis minorum sancti Francisci Conventualium Cordigerorum nuncupatorum regitur, et gubernatur. Ad notitiam vero ipsius Karoli Gilberti episcopi delatum est, quod in eodem monasterio, attenta independentia a proprio loci ordinario, nonnullæ perturbationes, et inordinationes evenerunt, quæ constituunt prædictum monasterium in statu proximi illius decidui, tam propter indiligens regimen, quam ob malam administrationem reddituum, qui magno earundem monialium præjudicio profunduntur. His itaque omnibus incommodis, ac damnis, licet dictus Karolus Gilbertus episcopus pro eximio pastorali suo zelo remedium adhibere, eisdemque monialibus tranquillitatem, ac quietem restituere enixe percipiat, id tamen executioni committere minime valet, propterea quia prædictæ moniales, ut præfertur, exemptæ sunt ab ordinaria sua jurisdictione, ac in omnibus, et per omnia eisdem fratribus subjectæ reperiuntur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, tam dilecta in Christo filia moderna illius abbatissa, quam major pars dilectarum itidem in Christo filiarum monialium dicti monasterii libenti animo sese subtraherentur ab jurisdi-

ctione eorundem fratrum, ut proprio loci ordinario subjectæ inde forent, idem vero Karolus Gilbertus episcopus, ea tantum de causa, ut nempe monasterium hujusmodi recte in spiritualibus, ac temporalibus in suæ diœcesis utilitatem, gubernetur, et administretur, hoc ipsum plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsius Karoli Gilberti episcopi votis, quantum cum Domino possumus, benigne annuere, et eandem abbatissam, ac moniales specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interditi, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, prædictum monasterium monialium sanctæ Claræ de la Guiche nuncupatarum viventium sub regula sancti Francisci diœcesis Blesensis, cum omnibus, et singulis illius bonis, annexis, et connexis, ac pertinentiis universis ab omni prorsus cura, regimine, et administratione quorumlibet superiorum, et fratrum dicti ordinis minorum sancti Francisci Conventualium, seu Cordelieri nuncupatorum auctoritate apostolica, tenore præsentium auferimus, dismembramus, et separamus, ac dismembratum, et separatum esse, et fore decernimus, et declaramus.

§. 4. Atque omnibus, et singulis superioribus, et fratribus dicti ordinis quacumque auctoritate, et dignitate fungentibus, et functuris in virtute sanctæ obedientiæ prohibemus, ne quisquam eorum deinceps in cura, regimine, et administratione, sive spirituali, sive temporalis monasterii prædicti, illiusque monialium, ac aliarum in eo degentium quomodolibet se immiscere, neque ad monasterium, neque ad illius crates, neque per epistolia, et literas, sive directe, sive indirecte cum dictis monialibus, aliisque in eo commorantibus, minusque degentibus prædictæ cum superioribus, et fratribus prædictis quovis colore, prætextu, causa, et ratione communicare sub indignationis Nostræ, aliisque Nostro, et Romani pontificis pro-

Tenor dismembrationis præceptæ.

Revocatio jurisdictionis superiorum, et fratrum ordinis Cordelieri nuncupati



tempore existentis arbitrio imponendis pœnis audeat, seu præsumat.

§. 5. Præterea monasterium prædictum sic a cura, et administratione fratrum dicti ordinis ablatum, dismembratum, et separatum, ejusdem Karoli Gilberti nunc, et pro tempore existentis episcopi Blesensis immediatæ curæ, regimini, gubernio, et administrationi una cum illius monialibus, aliisque personis in eo degentibus, ac omnibus, et singulis ad illud spectantibus, et pertinentibus auctoritate, et tenore prædictis subiicimus, et supponimus, atque subjectum, et suppositum esse, et fore volumus, et declaramus.

§. 6. Decernentes easdem præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non monasterii, et ordinis prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die quarta julii millesimo septingentesimo septua-

gesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

LII.

Confirmatio decretorum pro recto gubernio hospitalis Montis Asolæ Sabinen.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **P**ium sane, ac nimis laudabile hospitalium opus, in quo christiana charitas erga proximum, quam maxime emicat, atque coruscât, ex commisso Nobis divinitus pastoralis officii munere, ubique promovere, et fovere jugitur studemus: qua de re ea omnia, quæ provido, prudentique consilio in eorum conservationem, et incrementum decreta, disposita, atque statuta esse dignoscuntur, apostolicæ Nostre auctoritatis munimine, dum id a Nobis petitur, libenti quidem animo roboramus.

§. 2. Nuper quidem Nobis exposuit venerabilis frater Noster Karolus episcopus Sabinensis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Rezzonicus nuncupatus, quod alias nempe MDCCXXII. tunc in humanis agens Franciscus Cimini erexit unum hospitale cum adnexo oratorio, in loco Montasola vulgo nuncupato Sabinensis diœcesis, optimasque præscripsit leges pro recto ejusdem hospitalis gubernio; administrationem vero pinguis suæ hæreditatis dicto hospitali relicta commisit quatuor executoribus, quorum duo in alma urbe; duo autem in dicto loco; et ipsius testatoris patria commorari deberent.

§. 3. Tot postmodum, ac tanta locus pius hujusmodi sustulit damna, ac præjudicia ex mala administratione, ut prædecessores episcopi Sabinenses, cum probe novissent minime posse ordinaria sua jurisdictione executores prædictos pro tempore existentes ad rectam administrandi methodum compellere, quippe quia propter eorum moram in dicta urbe, decretis editis in pastoralibus visitationibus parere abnuebant, hinc quo remedium aliquod tot malis adhiberetur, demum apostolica visitatio petita fuit, eamque fe-

Dat. die  
5. julii  
1775.  
Anno I.

Prosummi

Erectio hospitalis facta a Francisco Cimini.

Plurima damna et præjudicia locus pius tulit ex mala administratione, quibus remedium præbuit Clemens XIII.

Subjectio monasterii jurisdictioni ordinarii Blesensis.

Clausulæ salutaris et irritantes.

Derogatio contrariarum.

licis recordationis Clemens pp. XIII. prædecessor Noster adhibito medio congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium concilii Tridentini interpretum venerabili fratri Nostro Joanni Francisco tunc episcopo Sabinensi, ac modo episcopo Ostiensi, et Veliteruensi ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinali, et sacri collegii decano ad triennium concessit, quæ sane visitatio postmodum tam anno MDCCLXIX., quam anno MDCCLXXII., ac demum die VIII. julii superioris anni MDCCLXXV. prorogata respectively fuit.

Et cardinalis visitator nonnulla quoque decreta edidit pro inasuratione, et conservatione ejusdem loci pii.

§. 4. Ut igitur idem Karolus episcopus, et cardinalis, ac visitator tam petitionibus incolarum dicti loci, quam eximio pastoralis suo, quo pollet, zelo satisfaceret, nonnulla edidit decreta, quæ juxta prudens animi sui consilium ad ejusdem loci pii inasurationem, conservationem, et incrementum admodum conferre posse sibi visa fuerunt.

Tenor decretorum

§. 5. Horum itaque decretorum tenor est, qui sequitur videlicet.

De electione provisionariorum, et ministrorum hereditatis Gimini.

§. 6. I. I provisionarij tutti, e ministri della eredità Gimini, tanto ecclesiastici, che secolari in qualunque luogo esistenti dal primo sino all' ultimo, non compresi però gli esecutori, curiale, ed agente, siano passati dalla comunità di Montasola ogni anno a nuovo scrutinio, come giusta la disposizione del testatore si pratica del medico, e chirurgo.

De electione officialium a communitate in publicis committis participanda

§. 7. II. A questo effetto dovrà la comunità per publico consiglio, e coll' intervento degli esecutori venire alla elezione degli uffiziali, che dovrà farsi a voti segreti, cioè nominando prima il soggetto, che vorrà eleggersi a quel determinato impiego, e poi passando i voti in un'urna, e chi ne avrà la maggior parte, resterà eletto. Rimarrà poi escluso, chi almen non avrà un voto più della metà, ed allora si proporrà altro soggetto. In caso poi, che più soggetti concorressero al medesimo posto, purchè siano idonei, si tirerà a sorte quello, che dovrà esser passato a voti, e così si votino tanti, finchè uno resti incluso nelle forme sopra espresse.

De notula electorum exhibenda episcopo Sabinensi

§. 8. III. Compiuta in tal guisa l' elezione dei provisionarij, gli esecutori ne spediranno in un foglio sigillato della comunità, e dell' oratorio Gimini la nota coll' espresso nome, e cognome, ed impiego, a cui ciascuno

sia stato destinato, all' agente di Roma, il quale dovrà presentarla per la conferma al cardinal vescovo di Sabina, e poi registrarlo nel libro da tenersi da esso delle provisioni.

§. 9. IV. In luogo delli due esecutori di Roma, ai quali per lo passato incombeva il peso di amministrare i beni ivi esistenti, si prescrive, che in avvenire venga ogni cosa amministrata da un agente, e siccome dovrà supplire all' impiego di esattore, e computista in luogo di annui scudi dodici, secondo che prescriveva il testatore, gli si daranno in appresso scudi trenta annui. Volendosi pertanto derogare il meno, che sia possibile alla volontà del testatore, venne nominato per agente il signor avvocato Leopoldo Ficedola, a cui per legge scritta si apparterebbe il diritto di essere uno degli esecutori di Roma. Ma siccome ricusò di obbedire ai decreti del cardinal visitatore, ed inoltre per mezzo di citazione pretese di legare le mani al cardinal vescovo di Sabina, perciò fu solennemente espulso, ed in sua vece fu eletto il signor Tommaso Remoli.

De officio, et emolumento negotiorum gestoris.

§. 10. V. Le circostanze della terra di Montasola richiedendo l' esistenza di due altri esecutori, oltre quelli due, che vi pose in perpetuo il testatore, a questo effetto vengono nominati li signori Carlo Galletti, e Niccola De Cesaris coll' annuo onorario di scudi otto.

De duobus aliis executoribus nominandis.

§. 11. VI. Inoltre si prescrive, che tutti gli esecutori debbano avere la medesima autorità in comune, e nessuno in solidum, e quando vi fosse parità di voti, intervenga alla elezione, o altro atto necessario a farsi il capo priore. In caso poi, che si dovesse fare qualche ricorso contro la disposizione di quelli tre, che andassero uniti, o coll' assistenza del capo priore di quelli tre, o quattro, che fossero d' accordo, non si avrà in considerazione, se il ricorso non sarà passato dal publico consiglio. E volendosi fare spese straordinarie, che passino la somma di scudi venti, allora si procederà col consenso della comunità a voti segreti, ma non possa mandarsi ad effetto senza l' approvazione del cardinal vescovo pro tempore.

De omnium executorum auctoritate, et voto communitatis exquirendo in sumptibus extraordinariis.

§. 12. VII. Gli esecutori dovranno rivedere i conti coll' agente ogni quattro mesi, e poichè uno degli esecutori dovrà assumere il peso non solo di scrivere i mandati, e le lettere,

De redditione rationum ab negotiorum gestore præstanda.

ma anche di registrare quanto bisognerà per la retta manutenzione della eredità Cimini, perciò si assegnano a questo effetto annui scudi sei per la carta ec.

De librorum, aliarumque scripturarum conservatione in archivio oratorii.

§. 13. VIII. Inoltre gli esecutori conserveranno nell'archivio dell'oratorio i libri, e le scritture tutte spettanti alla eredità col sigillo del luogo pio, il quale dovrà esser diverso da quello del dottor Cimini quantunque parente del testatore. E di tale archivio ciascuno esecutore terrà la chiave diversa, così che nessuno potrà aprirlo senza l'intervento comune. Saranno di più tenuti a render conto ogni sei mesi della loro amministrazione ai priori della comunità, e di quella dell'agente una volta l'anno, con questo però, che la comunità renda conto di tutto in ciascun anno, al cardinal vescovo.

De subrogatione executorum sive per mortem, sive per remotionem aliorum jam electorum.

§. 14. IX. Trovandosi poi alcuno degli esecutori infedele nell'amministrazione, o mancante delle qualità richieste dal testatore la comunità dovrà rimuoverlo, ed eleggerne altro più idoneo, ma la remozione, e la nuova elezione non potrà avere il suo pieno effetto se non venga approvata, o confermata dal cardinal vescovo; e d'istesso si dispone in caso, che mancasse un'esecutore per causa di morte. Inoltre quando fosse eletto un'esecutore, che non possedesse beni stabili, e liberi, la comunità dovrà farsi dare idonea sicurtà, volendosi, che essa sia sempre responsabile, e malleadrice di tutti i danni, onde gli individui dovranno a ciò obbligarsi = *uti singuli* =.

De deponenda in s. monte Pietatis urbis pecunia colligenda ex bonis Roma positis.

§. 15. X. Possedendo l'eredità Cimini in Roma case, e molti luoghi di monte, si vuole, che il fruttato di detti capitali, e tutto altro da esigersi dall'agente, debba depositarsi nel s. monte di Pietà di Roma a credito di detta eredità, ed a disposizione degli esecutori, onde in qualunque occasione, non si possa esiggere qualunque benchè minima somma, se non col mandato, ossia ordine sottoscritto dagli esecutori, e munito del sigillo dell'oratorio Cimini, e con quello della comunità di Montasola.

Quod executor absens in numero executorum non re- censetur.

§. 16. XI. Che gli esecutori non risedendo in Montasola, o risedendo non si trovassero presenti in quei giorni, che dovessero esercitare qualche atto per ragione del loro impiego, e delle facoltà dategli non meno dalla bona memoria di Francesco Cimini, che dalli nostri decreti non vi sia obbligo di alcuna interpellazione, e si

trasfonda ogni diritto fra gli esecutori presenti, come se l'assente non fosse compreso nel loro numero.

§. 17. XII. Che a nessuno degli esecutori sia lecito ritenere qualunque cosa spettante alla eredità Cimini nella propria abitazione, o altrove, tanto di mobili, biancheria, quanto di altro ec. ma che tutto debba conservarsi nella guardarobba dell'ospedale, ed oratorio Cimini.

Quod nemini ex executoribus liceat quidquam domi suae retinere de bonis Cimianum hereditatem pertineus.

§. 18. XIII. Che gli annui scudi quindici assegnati nel testamento allo speciale non riconoscendosi bastevoli per li medicinali, che occorrono nell'ospedale, si lascia il di più all'arbitrio degli esecutori a norma appunto di quello, che ordina il testatore al §. 25 del suo testamento.

De expensis erogandis pro medicamentis, et arbitrio executorum relinquendis.

§. 19. XIV. Che in luogo di un chierico per servizio dell'oratorio colla provvisione di scudi annui trentasei, secondo che prescrive il testatore, si debbono eleggere due chierici con l'onorario di scudi otto annui per ciascuno, e se ne diano altri 16 oltre li 24 assegnati al chirurgo.

De electione et emolumento clericorum.

§. 20. XV. Che essendo nei tempi addietro stato solito di dare al medico la casa di tre stanze spettante alla eredità, ed al chirurgo l'altra stanza detta la Scuola Vecchia, si prescrive, che in avvenire si disponga della detta casa come per lo passato, e se ne faccia l'indicato uso in vantaggio del medico, e del chirurgo. Inoltre, che l'infermiera, che ha l'obbligo di assistere le donne inferme, sia stipendiata ad anno, ed in luogo di paoli 15 al mese gli siano pagati annui scudi quindici.

De habitatione medici, et chirurgi, et mercede custodis infirmorum.

§. 21. XVI. Che nelle doti di scudi venticinque vengano preferite le più anziane, e più capaci della dottrina christiana, purchè peraltro la zitella di minore età non abbia prossima l'occasione di onestamente maritarsi, e non sia più prossima al fondatore.

De distributione dotium sc. 25 et praelatione, quellarum.

§. 22. XVII. Che non possano gli esecutori, nè la comunità, o chiunque ministro accrescere gli stipendj, o diminuirli; perciò si ordina, che siano regolati a norma del testamento del quondam Francesco Cimini, e con quelle variazioni, che si sono dette di sopra.

De non augendis vel minuentis stipendiis.

§. 23. XVIII. Che volendosi provvedere alle soverchie spese, che sono accadute in occasione di lite, si stabilisce, che l'eredità tenga il curiale pagato ad anno con l'onorario di scudi 20, e sino da questo punto si no-

De procuratore ad lites cum annua mercede constituendo.

mina il signor Agostino Moretti, riserbandone l'ulteriore elezione in caso di mancanza al vescovo di Sabina, come pure quella dell'agente.

De interpretatione decretorum in rebus dubiis.

§. 24. XIX. Finalmente si dichiara, che nascendo qualche dubbio nell'interpretazione dei decreti per nostro ordine in parte emanati nel mese di settembre dell'anno 1773, ed in parte nel mese di marzo dell'anno 1774, si debba osservare quanto nelli presenti si prescrive, che quantunque nella sostanza siano i medesimi; sono però in questi maggiormente individuate le cose, ed aggiuntene delle altre per maggior chiarezza.

Preces portata pro confirmatione decretorum.

§. 25. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ut decreta hujusmodi firmiter subsistant, et serventur exactius, idem Karolus cardinalis, et episcopus, ea per Nos confirmari, et approbari plurimum desiderat.

Tenor confirmationis.

§. 26. Nos illius votis hujusmodi, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, et ipsius Karoli cardinalis, et episcopi satis ceteroquin perspectam pietatem, ac pastoralementem sollicitudinem, et vigilantiam sane singularem plurimum laudantes, præinserta decreta, cum omnibus, et singulis in eis contentis, et expressis auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ, ac inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus.

Præcipitur perpetua literarum observantia.

§. 27. Decernentes ipsas præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari.

Clausula sublatæ, et decretum irritans.

§. 28. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere; ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariarum.

§. 29. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die quinta julii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

LIII.

Unio ecclesiarum Panormitanæ  
et Montis Regalis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **A**postolici suscepti regiminis cura Nos admonet, ut fratres, et episcopos Nostros provida sollicitudine in eis demandati pastoralis muneris exercitio confovere curemus, ut et ipsi præsidium ab hac sancta Sede continuo percipiendo, et beato Petro, et Nobis devotiores studeant omni tempore permanere. Qua de re Deum majori, qua possumus vigilantia ecclesiarum omnium commodis, earumque utiliori regimini prospicimus, sic et singulis ecclesiarum pastoribus præsto esse non dubitamus, prout pensatis circumstantiis conspiciamus in Domino salubriter expedire. Opportune igitur ex commisso Nobis apostolicæ servitutis officio circa pacificum ecclesiarum statum, et procul amoto quoad fieri potest controversiarum, et litium incommodo, ex visceribus charitatis intendimus ad ea per quæ ecclesiæ ipsæ sublatis dissensionum fomentis, in pace, et quietis mansuetudine fructus honorum operum præferre valeant ampliores.

Proemium.

§. 2. Nostræ itaque mentis intuitum dirigentes ad satis ceteroquin celeberrimam diocesis Montis Regalis probe novimus usque a sui primordio ea ibidem evenisse incommoda, damna, et præjudicia, quæ ex hujusmodi controversiis inter pastores pluries exortis, in sibi concreditum populum pervenerunt, prout historica monumenta certum inde undique Nobis reddunt atque exploratum. Dudum siquidem claræ memoriæ Guillelmus II. Siciliæ rex religioso imperii sui exordio, locum istum Montis Regalis sic peramanter aspexit, ut non solum in eo conspicuum monasterium, novamque ecclesiam erexerit, sed et amplissimis redditibus ditaverit, et nec inde contentus spiritualibus etiam prærogativis, ac privilegiis insignem reddere omnino curaverit. Etenim postquam a felicis recordationis Alexandro pp. III. prædecessori Nostro monasterium hujusmodi Panormitanæ ecclesiæ licet maxime proximum, liberum, atque eximium ab ordinaria jurisdictio-

Vicissitudines quibus subiecit diocesis Montis Regalis.

Dat. die  
7. julii  
1775.  
Anno I.

ne archiepiscopi Panormitani declarari obtinuerat, vehementer etiam atque etiam tum ab eodem Alexandro, tum a rec. memor. Lucio pp. III. prædecessore itidem Nostro petiit, efflagitavitque, ut non solum episcopali, sed etiam metropolitico jure ipsamet ecclesia Montis Regalis donaretur.

§. 3. Idem vero Lucius prædecessor Noster, ne e conspectu piissimi, et liberalissimi regis difficilis existere videretur, ac licet insolitum agnovisset, quod duæ metropoles etiam vicinæ consisterent, nihilominus per suas anno incarnationis Dominicæ MCLXXXII. nonis februarii sub plumbo expeditas literas primum archiepiscopum novæ metropolitane ecclesie Montis Regalis suis manibus consecratum, et pallii dignitate decoratum constituit, nec non religiosam monachorum familiam jam alias ex alio Cavensi monasterio translata, ibi perpetuo statuit, prout in ejusdem literis, quarum tenorem præsentibus proplene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

§. 4. Pro nova autem constituenda diœcesi hujus nuperrimæ metropolis, quamquam ab ipso Guillelmo rege sumptuoso ære ditatæ opus tamen omnino fuit, ut alii episcopi tam ultra, quam citra Pharam nimis gravem suorum jurium facturam cum maxima perturbatione ecclesiasticæ jurisdictionis subirent, quippe quia et monasteria, et ecclesie, ac bona demum quæcumque huc illuc existentia novo huic archiepiscopo subjecta tunc fuerunt: ac præterea idem Lucius prædecessor Noster Cataniensem ecclesiam suffraganeam Montis Regalis in memoratis suis literis ad multam instantiam ipsius Guillelmi regis declaravit. A Panormitana insuper ecclesia sejuncta fuit tota parochia una cum castello Corleonis, et ecclesia sancti Silvestri; a diœcesi Mesanensi monasterium in loco Monachii nuncupato; ab altera Grigentina castellum Bartalarii, et casale Busacchini; nec non ab alia Mazariensi municipium Calatrassi respective separata, et novæ Montis Regalis metropoli supposita fuerunt: demum et monasterium sancti Salvatoris de Mortello a Regitana, monasterium Carbonis nuncupatum ab Anglonensi; et ecclesia s. Mariæ de Macchia, a Bisinensi respective diœcesibus et redditibus obtinuit.

§. 5. Vix tamen sic constituta nova Montis Regalis diœcesi ex tot di-

stinctis, ac inter se dissitis locis, monasteriis, et ecclesiis, quæ difficillime sane ab uno pastore visitari, et gubernari poterant, initium habuerunt innumeræ quæstiones, et controversiæ inter novum Montis Regalis archiepiscopum, aliosque ordinarios super ecclesiastica jurisdictione, quarum nonnullæ cum evidenti quoque animarum Christianidelium perturbatione, atque periculo decisæ numquam, et ideo acriores adhuc perseverant. Inter has autem quæstiones, et controversias sæ sane, quæ ad jurisdictionem loci, seu territorii pertinent aliquo saltem modo tollerari posse viderentur, quoties pro illis, quæ temporibus rec. mem. Innocentii III., et Clementis pp. V. prædecessorum Nostrorum exarserunt, tot exorta non fuissent scandala propter indeclinabilem quidem animorum dissensionem, quæ inter populos, sacerdotes æque atque inter episcopos inde semper obvenit.

§. 6. Id tamen quod præ cæteris omnibus peculiari animadversione dignum dubio procul videtur, et opportuna providentiæ remedium efficax exposcit, illud sanè est, quod in dies solet accidere. Pro tempore enim existens Montis Regalis archiepiscopus eo sub præsidio, quod in ipsa civitate Panormitana una reperitur ecclesia sub titulo, seu invocatione s. Cataldi, quæ ad ipsum pertinet, hinc cum ad illam identidem se transferre consueverit viriliter substinuit, atque contendit confirmationis sacramentum ibidem ministrare, sacrosque ordines conferre, apertis, posthabitisque perpetuis querelis Panormitanorum archiepiscoporum, qui sese his omnibus indesinenter opposuerunt.

§. 7. Eademque sane de causa cum sibi liberum omnino esse putet Montis Regalis archiepiscopus, prout sibi libuerit ad ecclesiam prædictam, eique adnexas domos accedere posse in publicis viis Panormitanæ civitatis jus sibi esse constanter asseruit e conspectu ipsiusmet archiepiscopi Panormitani benedictionem populo publice, et palam impertiendi, ac præterea, casu, quo sive ipse, sive ejus familiares aliqua infirmitate detenti reperiantur in domibus ecclesie prædictæ sancti Cataldi adnexis archiepiscopus Montis Regalis jubet, ut augustissimus Eucharistiæ sacramentum a sua civitate Montis Regalis transferatur.

§. 8. Pro pastoralis igitur officii Nostrî debito cum ab initio tanti suscepti oneris acceperimus jampridem,

*rima subortæ sunt maximo Christianidelium scandalo, et detrimento.*

*Præsertim vero dissidia lugenda sunt que in diem renovantur super jure ministrandi confirmationis sacramentum, et sacros ordines.*

*Et super jure benedicensi populum Panormitanum.*

*Clemens XIV. jam omnia disposuerat, quæ ad mala hujus-*

*Ejus erectio in episcopatum facta a Lucio pontifice III. qui ibidem transiit quoque religiosam familiam eductam e monasterio Cavensi.*

*Pro hac nova constituenda diœcesi multæ dismembrationes ex finitimis factæ sunt non sine maxima perturbatione ecclesiasticæ jurisdictionis.*

*Hinc inter episcopos literæ, et quæstiones plu-*

modi removen-  
da conferri po-  
terant.

Quod executio-  
ni mandatur  
præcepta unio-  
ne diocesis  
montis Regalis,  
cum alia Pa-  
normitana.

Leges, et con-  
ditiones ser-  
vandæ post  
unionem eccle-  
siarum hujus-  
modi.

temporibus scilicet felicis recordatio-  
nis Clementis pp. XIV, prædecessoris  
Nostri non solum præcognitum, ve-  
rum etiam pene ac statutum fuisse  
modum, quo opportunum præmissis  
omnibus remedium adhiberetur, hinc  
Nos illi plene inhærentes, et demum  
tot perturbationibus, ac periculis eli-  
minandis, ex quibus spirituale bonum  
animarum vel defecit, vel admodum  
minuitur, ac plura in earum damnum  
mala in dies possunt obvenire, auxi-  
lium a Domino invocantes, illud nam  
remedium exhiberi posse cognovimus,  
quod etiam pro sua eximia pietate,  
singulari religionis studio absque ul-  
lo sanctæ Sedis præjudicio suadet,  
et postulat charissimus in Christo fi-  
lius Noster Ferdinandus utriusque Si-  
ciliæ, et Hierusalem rex illustris.

§. 9. Quo circa rebus omnibus,  
earumque circumstantiis seria, ac ma-  
tura consideratione pensatis, nil ma-  
gis ad pacem inter pastores restituendam,  
et ad publicam Christifidelium  
tranquillitatem, eorumque spirituales  
utilitates expedire cognovimus, quam  
ejusdem metropolitanæ ecclesiæ Montis  
Regalis unionem cum altera metro-  
politana ecclesia Panormitana. Motu  
itaque proprio, atque ex certa scientia  
Nostra, ac de apostolicæ potestatis  
plenitudine, metropolitanam ecclesiam  
prædictam Montis Regalis per obitum  
bonæ memoriæ Francisci ultimi illius  
archiepiscopi de præsentis vacantei  
una cum dicta metropolitana ecclesia  
Panormitana, cum sequentibus legibus,  
et conditionibus æque principaliter u-  
nimus, ita ut in posterum ecclesia  
Panormitana, et Montis Regalis duæ  
metropolitanæ insimul unitæ sint, et  
esse debeant, ac in concistorialibus  
actis, et in literis apostolicis super  
promotione novi archiepiscopi ad præ-  
dictas ecclesias Panormitanam, et Montis  
Regalis, ut præferatur, principaliter u-  
nitas semper fieri debeat utriusque  
mentio, nec unquam ejusdem eccle-  
siæ Montis Regalis jam tot titulis insi-  
gnis, sui que munificentissimi fun-  
datoris Guillelmi regis memoria ex-  
cidat, atque deficiat, sed illa per-  
petuis futuris temporibus semper con-  
servetur, ac undique firma permaneat.

§. 10. Has autem leges, ac con-  
ditiones deinceps servandas omnino es-  
se volumus, ne ulla amplius aut inter  
ecclesiarum pastores, aut inter utriusque  
metropolitanæ ecclesiæ capitulos oriri  
unquam possit lis vel controversia,  
sed omnes quiete, ac tran-

quille viventes vineam Domini excol-  
lendo uni tantum animarum salutis o-  
peram dare procurent. Mandamus itaque,  
ut ecclesia Cataniensis, et Siracusana,  
quæ prædictæ metropolitanæ ecclesiæ  
Montis Regalis suffraganeæ hucusque  
fuerunt, in posterum Panormitanæ  
ecclesiæ, seu potius ecclesiis sic unitis  
subiectæ sint, et censeantur. Ad hæc  
statuimus quoque, ut in omnibus,  
et quibuscumque actibus respicientibus,  
sive solam ecclesiam Panormitanam  
nempe, et alteram Montis Regalis  
præferatur semper denominatio eccle-  
siæ Panormitanæ. In aliis vero actibus,  
qui ad solam tantum ecclesiam Montis  
Regalis pertineant, hujus denominatio  
alteri Panormitana debeat omnino præferri.

§. 11. Præterea tempore vacationis  
sedis archiepiscopalis capitulum eccle-  
siæ Panormitanæ æque ac illud eccle-  
siæ Montis Regalis proprium vicarium  
capitularem respective independentem,  
servatis aliis de jure servandis, deligat.

§. 12. Interim volumus, ut quicquid  
ab alienis diocesisbus se junctum  
antiquitus fuit, et unitum diocesi  
Montis Regalis, id totum ejusdem  
ecclesiæ, seu diocesis restitatur. Quæ  
de re vicarius capitularis ecclesiæ  
Montis Regalis ejus vacatione, ut præ-  
fertur, eveniente, ecclesiasticam suam  
jurisdictionem exercere dumtaxat poterit  
in civitate prædicta Montis Regalis,  
in ejus suburbiis, ex quibus sequuta  
restitutione prædicta, sua diocesis  
remanet constituta. Verum quia sequuta  
etiam hujusmodi restitutione, et  
unione ecclesiarum, et locorum, pro  
quibus dum ab eorum diocesisbus  
se junctæ, ac dismembratæ fuerant,  
proprii respective episcopi, et ordinarii  
justam compensationem a piissimo  
fundatore prædicto sunt assecuti, fructus  
aliqui redditus, et proventus adhuc  
supersunt.

§. 13. Hinc est, quod considerantes  
Nos regni Siciliæ littora piratarum,  
turcarum, aliorumque christianorum  
nominis hostium incursionibus præ-  
cæteris omnibus, expedita in dies re-  
periri, volentesque propterea non solum  
spirituali Christifidelium omnium  
tam in regno prædicto, quam in tota  
Italia existentium utilitati, sed etiam  
securitati prospicere, atque consulere,  
vestigia pariter sectantes plurimorum  
romanorum pontificum Nostrorum  
prædecessorum, qui ex redditibus  
ecclesiasticis ejusdem ecclesiæ

Præceptum de  
nominandis dis-  
tinctis vicariis  
in utraque dio-  
cesi.

Quæ ab alienis  
diocesisbus  
unita fuerant  
diocesi Mon-  
tis Regalis sin-  
gulis partibus  
restituenda es-  
se debentur.

Nonnulli tamen  
redditus assi-  
gnantur pro re-  
pellendis in-  
cursionibus ho-  
stium christiani  
nominis.

Montis Regalis plura suppeditarunt in eandem causam auxilia, atque subsidia, ipsiusque Ferdinandi regis votis quantum cum Domino possumus benignè annuere volentes per præsentis præcipimus, et mandamus, ut in posterum redditus, fructus, et proventus mensæ prædictæ ecclesiæ metropolitanæ Montis Regalis in conservationem, et incrementum classis navium bellicarum ejusdem Ferdinandi regis ad retundendos incursus hostium christiani nominis perpetuo convertantur, ut infra, et erogentur. Quæ de re venerabili fratri nunc, et pro tempore existentibus Panormitanæ ecclesiæ, seu potius ecclesiarum sic unitarum archiepiscopis præcipimus, et jubemus, ut ex dictis fructibus, et proventibus reservata iisdem archiepiscopis in aucti sibi laboris congrua mercede annua quantitate a prædicto Ferdinando rege definienda, quæ scutatorum mille monetæ minor non sit, quod reliquum erit in causam conservationis, et incrementi classis prædictæ erogandum, et convertendum, personis ab eodem rege, et ejus successoribus deputatis, seu deputandis persolvi curent, et faciant, contraditores quoscumque etiam per ecclesiasticas censuras compellendo. Volumus autem, quod redditus, et fructus hujusmodi in hanc tantum, et non in alios usus convertantur.

§. 14. Quod si quodcumque futuris temporibus, alia magis etiam urgens, ac pia superveniat occasio, eosdem fructus, ac redditus in diversos usus convertendi, ac sive in toto, sive in parte illos erogandi, id Nobis, Nostrisque successoribus inconsultis fieri omnino nequeant, sed opportune expositis omnibus iis, quæ tractu temporis mutationem aliquam, seu diminutionem possint suadere quid tunc in Domino statuendum erit apostolica auctoritate præscribatur.

§. 15. Decernentes easdem præsentis literas etiam ex eo, quod in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, nec causæ propter quas eadem præsentis emanarint sufficienter adductæ, justificatæ, et verificatæ fuerint nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut alio vitio quantumvis magno, et inexcogitato defectu notari, impugnari, infringi, retractari, ad terminos juris re-

duci posse, sed semper perpetuo firmas, validas, et efficaces existere, et fore; suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

§. 16. Sicque in præmissis omnibus; et singulis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et definiendi debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 17. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non Nostris, et cancellariæ apostolicæ regula de exprimendo vero annuo valore in unionibus, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non ecclesiarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die septima julii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostris anno primo.

Cuilibet iudici aliter decernendi tollitur potestas.

Per derogationem quoque omnium in contrarium facientium...

Reservatur arbitrium in posterum convertendi fructus hujusmodi etiam in alios usus.

Omne juris remedium tollitur ne literæ convellantur.

Dat. die  
10. Julii  
1775  
Anno L.

LIV.

Confirmatio erectionis conservatorii  
s. Leopardi civitatis Auximanæ.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Prohibita.

§. 1. Ad apostolicæ dignitatis ap-  
picem, nullo licet Nostrorum suffra-  
gio meritorum per ineffabilem divi-  
næ bonitatis abundantiam erecti, in-  
stitutiones, et fundationes piorum lo-  
corum devoti femineï sexus, ad di-  
vini cultus, honorumque operum in-  
crementum provide factas libenter,  
cum id a Nobis petitur, apostolico ro-  
bore communitus, sicuti pia Chri-  
stifidelium vota postulant, et Nos om-  
nibus mature consideratis trutina per-  
pensis, conspicimus in Domino salu-  
briter expedire.

Expositio præ-  
cisa.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nu-  
per fecerunt dilecti filii Lucas Fanciul-  
li presbyter, et canonicus cathedralis  
ecclesiæ Auximanæ, nec non comes Hieronymus Florentius nobilis itidem Au-  
ximanus, quod alias, die nempe vice-  
sima quarta Julii MDCGLXXIV. ho-  
me. Pompejus Compagnoni, dum vi-  
xit, episcopus Auximanus et Cingulæus  
canonice erexit in prædicta civitate  
Auximana unum conservatorium sub  
titulo, seu invocatione santi Leopardi,  
eique nonnulla etiam propria sua  
bona assignavit, ad hoc ut ibidem  
pie, sancteque educari, ac retineri  
possent pauperes puellæ pupillæ, et  
adolescentulæ miserabiles usque ad cer-  
tam præscriptam ætatem, atque ad  
effectum constituit nonnullas regulas in  
eodem conservatorio observandas, et  
exequendas. Præterea dictus Pompejus  
episcopus in erectione hujusmodi de-  
claravit, et nominavit eosdem expo-  
nentes in deputatos pro conservatorii  
prædicti regimine, illorum vita natu-  
rali durante, ac alias prout in decre-  
to prædictæ erectionis ab ipso Pompe-  
jo episcopo subscripto, cujus tenor  
est, qui sequitur nempe.

Pompejus Compagnonus Dei, et aposto-  
licæ Sedis gratia episcopus Auximanus,  
et Cingulæus SSmi D. N. Pii Pp. VI.  
prælatus domesticus, ac solio pon-  
tificio assistens.

Tenor decreti  
leti ab episco-  
po Auximano,  
et Cingulano.

§. 3. Sempiternus Dei filius, qui  
non divitem, aut locupletem feminam

sibi matrem elegit, id inter cætera  
discipulos suos docuit, ut pauperum  
feminarum curæ studio maximo ipsi  
providere. Hinc apostolorum exemplo  
in miserabiles, orphanasve puellas ef-  
fudit se semper, ut charitas episcoporum,  
in id ipsi ad laborarunt semper, ut gravi-  
oribus feminis, vel orbatæ parentibus, vel  
miseriis pressæ commendarentur adole-  
scentulæ illæ, quæ sæcularibus ne dum se  
implicamentis innexuere, ac primige-  
niam nec dum macularunt corporis, et  
animæ innocentiam. Harum itaque  
salus æterna miserabilium puellarum,  
unus Noster scopus fuit semper, unum  
decus, et votum; proptereaque jam  
inde ab apostolici muneris Nostri ex-  
ordio in hanc solitudinem, juxta  
virium imbecillitatem, excubare co-  
nati sumus, ut has pestilente sæcu-  
li contagio nondum afflatas devove-  
remus Deo virginitatis, et innocentie  
hostias.

§. 4. Quare mediis omnibus, quæ Erectio orpha-  
notrophii  
ad hunc finem necessaria sunt, com-  
paratis, in nomine cælestis Domini;  
qui orphanorum pater, et miserabi-  
lium protector dici amat, adhibito  
sapientum virorum consilio ad majo-  
rem Dei gloriam in hac civitate Auxi-  
mi, et in ædibus q. Hiacynthi Carosi  
intra limites parochiæ sancti Gregorii  
prope monasterium monialium ordinis  
sancti Francisci, vulgo Cappuccinarum,  
ab Oriente, domum nobilium dd.  
Pranzoni Guzzolini a Meridie, viam  
publicam a Septentrione salvis aliis  
etc., et in membris ædificiis recenter  
constructis, ac respective acquisitis,  
annexis, et connexis prædictæ domui  
orphanotrophium, sive conservatorium  
a nobis hinc ab anno 1751 determi-  
natum maximam partem nostro ære  
proprio nunc perpetuo erigimus, et  
institimus ad pauperum, orphanarumve  
puellarum nutrimentum, et  
educationem hujus civitatis; ac diocesis  
Auximanæ sub titulo sancti Leopardi  
primi ejusdem civitatis episcopi, sub  
regula, institutove usque nunc obser-  
vato, et jam a nobis subscripto, cu-  
jus auctographum in eodem conser-  
vatorio asservatur, relicta nobis, no-  
strisque pro tempore episcopis succes-  
soribus facultate, perpetuis futuris tem-  
poribus earumdem puellarum nume-  
rum augendi, vel diminuendi.

§. 5. Quæ quidem puellæ hanc Præstiturquid  
domum ingressæ debeant non tantum præstare de-  
Deo famulari, et æternitati beatæ stu- beant puellæ  
dere, verum etiam addiscere artes, domum ingres-  
manuumque labores, quæ sexui mu- sæ, et dos  
conservatorii  
es plurimis



liebri apprime conveniunt. Interim pro ipso orphanotrophii, seu conservatorii sic erecti, et instituti dote, nec non pro magistrarum, et puellarum alimentis (quarum numerum in presentiarum octodecim in prædicta domo existentium declaramus, et confirmamus) bona infrascripta assignamus, et appropriamus, ita ut liceat magistris, et puellis pro tempore existentibus per se, vel per alium, sive alios ejusdem conservatorii nomine, propria auctoritate possessionem corporalem dictorum honorum, eorumque fructuum, reddituum, et proventuum libere apprehendere, et retinere eosdem fructus, ac redditus in usum dicti conservatorii, atque utilitatem convertere, cujusvis licentia minime requisita; mandantes bona titulo dotis, ut supra assignata, utpote primæ erectionis ab omnibus collectis, et datis camerilibus, et communitativis immunia sint, modo, et forma, qua de jure, et facto alia bona ecclesiastica, et locorum priorum primæ erectionis gaudent, et potiuntur, ea tamen lege, ut per idem conservatorium adimpleantur onera prædictæ domui habitationis annexa, nec non infrascripto prædio nuncupato *del Mazzo*, videlicet celebrare faciendi missam singulis anni diebus, peragendi duo officia generalia in ecclesia pp. Cappuccinorum per sacerdotes ejusdem cœnobii; aliud officium generale in ecclesia parochiali beatissimæ virginis Misericordiarum, recurrente sanctæ Mariæ ad Nives annua festi-  
tate, pro anima, et juxta piam voluntatem prælati Hiacynthi Carosi; aliud pariter officium quinque missarum in ecclesia minorum Conventualium sancti Francisci pro anima Modestæ Stella ejus die anniversario relict. in supremis tabulis a dicto Hiacyntho Carosio, prout constat ex instrumento die 30. septembris 1757 ex rogatu dom. Sanctis Amodi, et ex tabella existente in oratorio ejusdem conservatorii, quam affixam retineri quolibet tempore mandamus.

§. 6. Præterea onus adimpleatur celebrare faciendi missam singulis diebus perpetuis temporibus pro anima piæ benefactoris dom. marchionissæ Mariæ Catharinæ Lancetti Abbati, aliamque missam solemnem die mortis ejus anniversaria, nempe sexta die julii juxta formam testamenti ipsius marchionissæ die 17. septembris 1772. rogato d. Joanne Antonio Pica notario in alma urbe, nec non satisfaciendi

legatis annuis ab eadem dom. marchionissa Maria Catharina in prædicto testamento relictis, videlicet retinendi gratis in dicto conservatorio adolescentulam Annam Sammarço Romanam, eique tribuendi etiam indumenta juxta modum a memorata testatrice præscriptum, cui testamento habebitur relatio, nec non solvendi domino Francisco Lancetti dictæ testatricis fratri scuta annua triginta sex, ad ejus vitam tantum, et non alias etc.

§. 7. Insuper quod spectat puellas in eodem conservatorio commorantes, et futuris temporibus commoraturas, volumus, decernimus, et ordinamus solvenda fore titulo dotis scuta centum, una cum indumentis, aliisque rebus pro usu muliebri necessariis, definiendis, ut infra cuilibet puellæ dicti conservatorii, quæ dare nomen decreverit intra claustra ordini religioso, scuta vero quinquaginta una cum muado muliebri arbitrario singulis puellis nuptui tradendis, idque cum nostra, nostrorumque pro tempore successorum approbatione, et consensu, ita tamen, ut prædicta scuta quinquaginta investiantur cum consensu sponsorum, ac loci pii, ad quem dos ipsa integra, et absque ulla diminutione revertatur decedentibus illis, vel decedente uxore absque filiis, etiam ante viri obitum, cujus erit lucrum dotale, dum vixerit, ad sui sustentationem percipere.

Denique cum ad puellarum educationem, et disciplinam curandam instituta a nobis fuerit hac in civitate Auximi schola pia, ædificata ad hunc effectum convenienti domo cum omnibus annexis, et connexis, e regione monasterii monialium ordinis sancti Francisci, vulgo Cappuccinarum, eademque schola provisâ fuerit duabus industriis feminis, quibus magistrarum nomen est cœtu sororum pauperum sanctæ Catharinæ Senensis: cum annuo censu eisdem per nos soluto, hinc volumus, et ordinamus in casu, quod nostri pro tempore successores solvere renuerint eundem censum, vel ratam habere renuerint præstationem ejusdem, tunc idem onus continuandi scholam piam in præfata domo (quam pleno jure eidem conservatorio cum omnibus annexis, et connexis nunc pro tunc assignamus) adimplendam fore per duas magistras habiles, et idoneas ex ipso conservatorio eligendas, ita ut hocce onus intelligatur, veluti ex contractu a fun-

De dote puellarum tamspirituali, quam temporali.

De missa quavis die celebranda.

datore, vel benefactoré impositum eidem loco pio, quod quidem durabit perpetuis temporibus, sive toties, quoties necessitas dictam scholam faciendi aderit, et permanebit, et non alias etc.

De puellis supranumerariis.

§. 8. Præter vero numerum statutum puellarum annuis redditibus loci pii modo respondentem, ac semper, et quodcumque pro reddituum ratione augendum, duo loca in eodem conservatorio pro duabus pauperibus puellis supranumerariis hujus civitatis Auximi, ex honestis genitoribus procreatis, bona indole, morumque suavitate præditis, et non alias etc. addimus, et incorporamus cum præfatis locis numerariis; imo erectioni nostræ hoc additamentum adglutinamus, et annectimus. Qua de re dotem scutorum mille, et biscentum jam ære nostro assignatam, dominæ Septimiæ Salvi, uti dicti loci pii superiorissæ mense maii 1772 ex rogitu Sanctis Amodעי, solutam (cujus instrumento habebitur relatio), et respective erogatam in investimentum census in simili sorte scutorum 1200. a dd. equite Petro Paulo, aliisque fratribus Compagnonis, et in annuo fructu scutorum quadraginta duorum, ad rationem scutorum trium cum dimidio pro quolibet centenario sub die 20 maii 1772 per acta d. Petri Nisi notarii Maceratensis imposit. ad quæ etc. auctoritate ordinaria, et omni meliori modo confirmamus, quarum duarum puellarum nominatio, et libera electio pleno jure ad d. comitissam Mariam Catharinam Guarnieri nostram sororem, qualibet in vacatione spectabit. Post illius vero obitum ad sororem Clementinam Eleonoram libera electio unius puellæ, et ad sororem Mariam Theresiam Guarnieri (ambas germanas, ac filias respective dictæ dominæ comitissæ moniales in monasterio sancti Nicolai hujus civitatis) electio alterius pertinebit cum jure accrescendi inter easdem sorores moniales in casu mortis unius ex ipsis, quodcumque, et præmoriante altera ex iisdem, tunc monialis superstes ambas electiones habebit, quibus decedentibus, prædictam liberam electionem duarum puellarum primogenito masculo dictæ familiæ Guarnieriæ e linea masculina effectiva primogenito, qua deficiente primogenito masculo ex linea feminina ejusdem familiæ Guarnieriæ perpetuis futuris temporibus assignamus, sive assignationem alias factam confirmamus. Qua de re mandamus,

ut dictæ puellæ, uti incorporate cum aliis numerariis participes sint omnium, et singulorum jurium, ac dotis, aliarumque prærogatarum modo, et forma, qua aliis competunt, et competere poterunt.

§. 9. Pro bono autem regimine tam spirituali, quam temporali supradicti conservatorii canonice, et ut supra erecti, duos deputatos superintendentes, unum ex cœtu ecclesiastico, alterum ex cœtu sæculari a nobis nostrisque pro tempore episcopis tantum successoribus, perpetuis, futurisque temporibus eligi mandamus, cum facultatibus interessendi, eorum consilia proponendi in electionibus puellarum numerariarum, resolvendi quantitatem acconciis dotalis necessariis pro illarum vinculo spirituali, vel carnali, convenienti arbitrio juxta statum, et qualitatem personæ, et juxta peculiare facti circumstantias statum œconomicum dirigendi, approbandi etc. consensum, præsentiam, et auctoritatem tam conjunctim, quam sejunctim in quolibet contractu scripturam requirente interponendi (salva semper nostra, nostrorumque pro tempore successorum auctoritate, et confirmatione) aliaque peragendi, quæ proficua, ac utilia eidem loco pio quocumque modo dicti domini superintendentes judicabunt; ita ut superiorissa pro tempore a nobis, et ab iisdem dependeat, et pro hac prima vice cum supradictis amplis facultatibus, reverendissimum dominum Lucam canonicum Fanciullium nostrum p. vicarium generalem, et nobilem dominum comitem Hieronymum Florentium, in quorum singulari pietate, et experientia valde confidimus, eligimus, duratura per totum vitæ eorum curriculum electione, et quoad successores eorundem ad nostrum, nostrorumque episcoporum tantum beneplacitum.

§. 10. Denique orphanotrophium hoc, sive conservatorium canonice erectum, nostræ nostrorumque pro tempore successorum jurisdictioni, et immediatæ auctoritati subicimus absque ulla hujusce foundationis derogatione, ita ut abolitio, vel derogatio, si quando cogitetur, etiam auctoritate apostolica, nunc pro tunc omnia, et singula bona titulo dotis assignata, ac proprio ære nostro acquisita, monasterio beatæ Mariæ virginis visitationis in terra Offannæ erecto sub regula sancti Francisci Salesii, applicamus,

De deputatione superintendentium.

Subjectio conservatorii immediate jurisdictioni ordinarii.

et assignamus, reservato interim nobis, nostrisque successoribus jus et arbitrium eligendi, et recipiendi parcelas, ac magistras, easque iustis de causis expellendi, cum pactis, et declarationibus modo, et forma, quæ magis placuerit, et ita singula singulis referendo erigimus, institimus, et bona infrascripta pro dote ejusdem locipii assignamus modo, et forma inferius exprimenda.

Bona dotalia primæ erectionis sunt infrascripta videlicet.

Descriptio bonorum primæ erectionis orphanotrophii.

§. 10. 1. Edificium habitationis dicti conservatorii cum omnibus, et singulis officinis constructis, et edificatis positum intus hanc civitatem compositum ex domo quondam Hyacinthi Carosi, ex rescripto pontificio die 9 januarii 1754 titulo oneroso obtenti, et ex domunculis emptis a nobili d. Flavio Pranzoni die 17 martii 1767 ex rogatu domini Petri Antonii Stacchiotti; pariter ex ara domus dirutæ, spectantis ad nobilem d. capitaneum Dominicum Blasium, et a conservatorio die 1 octobris 1767 acquisitæ per acta dicti notarii, ex alia domo cum parvo horto spectante ad fratres de Santarellis in contrada vulgo Cappuccinarum die 6 aprilis acquisita 1772 ex rogatu d. Sanctis Amodei, descript. ut supra, et respective in dictis instrumentis, ad quæ etc.

2 Item alia domus cum horto annexo emptæ a domino Alexandro Bertollo die 27 septembris 1759 ex rogatu domini Sanctis Amodei, contigua prædictæ habitationi, imo permutata cum duabus domibus intus hanc civitatem, una sub paræcia, et in contrada sancti Marci prope vias publicas, ex parte ante, et ab uno latere, et retro bona Josephi Gonnella; similiter alia domus sub eadem paræcia in contrada pp. Cappuccinorum prope bona Domini Josephi Evangelistæ ab una parte, magistri Francisci Sacconi ab altera, viam publicam ante, salvis aliis, cum declaratione tamen, quod attentata litis pendentia cum venerabili confraternitate sancti Rochi, dd. De Bertollis reintegrentur ad dictam domum, tunc, et eo casu loco illius habeantur inter bona primæ erectionis, prædictæ dux domus ut supra permutatæ, et ita nunc pro tunc etc. et omni etc. nec non alia domus emptæ a venerabili confraternitate Mortis hujus civitatis.

Bull. Rom. Tom. V.

3 Unum prædium cum domo rurali situm in hoc territorio, in contrada *del Mazzo* prope bona d. Andreæ Bonfilii, D. Antonii Patrigiani, viam, et foveam salvis aliis etc.

4 Aliud prædium cum domo rurali in contrada *Fellonica* prope viam publicam, bona domini Joannis Baptistæ Sinibaldi, et nob. d. comitis Antonii Gallo salvis etc.

5 Duæ vineæ in dicta contrada *del Mazzo* dicto prædio proximæ prope notissima latera, una a Michaele Camoranese, et alia a Petro Maria Verolo, uti colonis retentæ.

6 Aliud prædium in dicta contrada *del Mazzo* de tempore emptionis sylvatum, postea vero ad culturam redactum cum ædificatione domus ruralis, et plantatione vitium, subhastatum anno 1756 a creditoribus Pranzoni, prope bona ven. societatis sanctorum Benvenuti, et Rochi, nobilis domini Andreæ Bonfilii salvis aliis etc. acquisitum per instrumenta 24 novembris 1756 et 1 martii 1757 ex rogatu domini Sanctis Amodei.

7 Aliud prædium in contrada s. Joannis arativum, olivatum etc. emptum a fideicommissario Antoni Nelli Maceratensis cum chirographo pontificio vigore instrumenti die 22 octobris 1757 rogat. d. d. Amodei cum ratificatione die 1 januarii 1758 facta, prope viam publicam a capite, bona nobilis comitis Antonii Gallo ab uno, d. Antonii Nelli ab alio, et a pede salvis aliis etc.

8 Aliud prædium in contrada Paradisi, emptum ab hæreditate Corradini die 2 aprilis 1765 prope viam publicam a capite, et in parte bona domini Antonii Patrigiani in alia, et a pede etc.

9 Petium terræ in contrada sancti Joannis arativum, et olivatum prope viam a tribus lateribus, et ab alio bona nobilis d. ab Aqua, a dicta hæreditate Corradini emptum die 1 aprilis 1756 per acta d. Sanctis Amodei.

10 Aliud prædium in dicta contrada sancti Joannis emptum a prædicto d. Antonio Nello Maceratensi prope viam publicam, bona nobilis domini comitis Antonii Gallo, dicti conservatorii, aliisque etc. in instrumentis 3 septembris 1764, et 2 octobris 1765 per acta dicti notarii.

11 Census in sorte scutorum mille a dominis Paulo, et Philippo Benigni de Appineano in annuo fructu scutorum 32 impositus.

12 Census in sorte sc. 1500 in anno fructu sc. 45 impositus die 14 aprilis 1762 a rr. monialibus Sancti Spiritus Cinguli.

13 Medietas census in sorte sc. 75, ab insigni collegiata Montisfani.

14 Item bona hæreditaria bo. me. marchionissæ Catharinæ viduæ Lancetti Abbati Romanæ ad idem conservatorium, uti hæredem pertinentia, nempe diversa loca montium 92: 07 annui fructus pro bimestri scut. 46 3/2 = Item cambium sc. 800. et aliud residuale sc. 150. cum domino Antonio Baudri = Census in sorte sc. 400 debitus a dominis Petro, et Theresia Missoli = cambium sc. 1500 debitum ab illis, et rmo. d. Vincentini.

15 Census in sorte sc. 3325. impositus a nob. domino comite Francisco Nobili Leopardi, et census in sorte sc. 1200 a nobili d. equite Petro Paulo, et fratribus de Compagnonis.

16 Tandem eodem titulo nunc pro tunc assignamus dimidietatem nostræ hæreditatis juxta formam nostri testamenti, ad quod etc.

§. 11. Cum declaratione, quod investimenta ex dicta dimidietate hæreditaria, et ex dictis censibus, et cambiis, in tot bonis fructiferis stabilibus, vel censibus nunc pro tunc etc. inter bona primæ erectionis uti subrogata recenseantur, dictaque investimenta fieri debeant cum licentia ordinarii, et cum idonea fidejussione respectu censuum a nostris dominis executoribus testamentariis, ex nostris bonis hæreditariis provenientium, approbanda, et ita erigimus, instituimus, et bona respective assignamus non solum isto, sed et omni etc. Datum Auximi ex palatio episcopali hac die 24 julii 1774.

Pompejus episcopus Auximanus  
et Cingulanus

§. 12. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti exponentes foundationem, et erectionem hujusmodi conservatorii per Nos confirmari, at approbari summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et, ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignemur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excom-

municationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati præinsertam foundationem, seu erectionem supradicti conservatorii in dicta civitate Auximana sub invocatione sancti Leopardi factam, ut præfertur, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiuicimus.

§. 13 Decernentes ipsas præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab illis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

§. 14 Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima julii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

Clausula sublatâ, et dicitur tam irritans, et inane.

Derogatio contrariorum.

Declaratio specialis.

Confirmatur erectio pontificia auctoritate

LV.

Dat. die  
15. Julii  
1775.  
Anno 1.

Monasterium monialium sanctæ Catharinæ Senensis civitatis Perpiniani Elnensis diœcesis ordinis sancti Dominici dismembratur a regimine fratrum ejusdem ordinis, et subicitur ordinariæ jurisdictioni episcopi ejusdem diœcesis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium

§. 1 **C**ommissi Nobis divinitus pastoralis officii sollicitudo postulat, atque exigit, ut ad ea, per quæ prospero monasteriorum devoti feminei sexus statui quoad Nobis integrum est, opportune consulitur, ejusdem officii partes sedulo intendamus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Capitulariter congregatæ moniales a gubernio, et directione fratrum ordinis Prædicatorum discedere postularunt.

§. 2 Exponi siquidem Nobis nuper fecit venerabilis frater Karolus Franciscus Alexander episcopus Elnensis, quod alias die nempe octava mensis maii currentis anni MDCCLXXV. dilectæ in Christo filiæ moniales monasterii sub titulo, seu invocatione sanctæ Catharinæ Senensis ordinis Prædicatorum sancti Dominici oppidi civitatis nuncupatæ Perpiniani Elnensis diœcesis, quæ usque tunc sub directione, et gubernio fratrum dicti ordinis Prædicatorum extiterant, capitulariter congregatæ, cum res id majori earum parti postulare videretur, expresse declararunt, se in posterum ordinariæ jurisdictioni episcopi prædicti libenti animo velle esse subjectas,

Episcopus monialium preces justas declarat

§. 3 Cum autem sicut eadem expositio subungebat, ipse Karolus Franciscus Alexander episcopus earundem monialium menti, ac intentioni obsecundare, ideoque panditam ab illis voluntatem in posterum vivendi sub ordinaria episcopi jurisdictione per Nos approbari, et confirmari plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benigne apostolica dignemur.

Et preces prædictas pontifex excipit præcepta dismembratione monasterii a cura superiorum ordi-

§. 4 Nos igitur ipsius Karoli Francisci Alexandri episcopi votis, quantum cum Domino possumus benigne annuere, et eandem abbatissam, ac moniales specialibus gratiis, et favo-

ribus prosequi volentes, illarumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ac declarationi per ipsas moniales, ut præfertur, factæ inhærentes, prædictum monasterium sanctæ Catharinæ Senensis monialium ordinis sancti Dominici civitatis Perpiniani Elnensis diœcesis, cum omnibus, et singulis illius bonis, annexis, et connexis, ac pertinentiis universis ab omni prorsus cura, regimine, et administratione quorumlibet superiorum, et fratrum dicti ordinis Prædicatorum auctoritate apostolica, tenore præsentium auferimus, et dismembramus, ac separamus, nec non dismembratum, ac separatam esse, et fore decernimus, et declaramus, atque omnibus, et singulis superioribus, et fratribus dicti ordinis quacumque auctoritate, et dignitate fungentibus, et functuris in virtute sanctæ obedientiæ prohibebimus, ne quisquam eorum deinceps in cura, regimine, et administratione sive spirituali, sive temporali monasterii prædicti, illiusque monialium, ac aliorum in eo degentium quomodolibet se se immiscere, neque ad monasterium, neque ad illius crates, neque per epistolia, et literas sive directe, sive indirectæ cum dictis monialibus, aliisque in eo commorantibus; minusque moniales, aliæque in dicto monasterio degentes prædictæ cum superioribus, et fratribus prædictis quovis colore, prætextu, causa, et ratione communicare, sub indignationis Nostræ, aliisque Nostro, et Romani pontificis pro tempore existentis arbitrio imponendis pœnis audeant, seu præsumant.

Monasterium vero dismembratum subicit jurisdictioni ordinarii.

§. 5 Præterea monasterium prædictum sic a cura, et administratione fratrum ejusdem ordinis ablatum, dismembratum, et separatam ejusdem Karoli Francisci Alexandri nunc, et pro tempore existentis episcopi Elnensis immediatæ curæ, regimini, et gubernio, ac administrationi, una cum illius monialibus, aliisque personis in eo degentibus, ac omnibus, et singulis ad illud spectantibus, et pertinentibus auctoritate, et tenore prædictis subiicimus, et supponimus, atque subjectum et suppositum esse, et fore volumus, et declaramus.

Clausula subla-  
ta, et decre-  
tum irritans.

§. 6. Decernentes ipsas præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiti debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 7. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non monasterii, et ordinis prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub anno piscatoris die decima secunda julii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

LVI.

Dat. die  
15 julii  
1775.  
Anno I.

Imminutio festorum pro monasterio de Petershausen, ejusque parochianis in diœcesi Constantiensi existente.

Dilecto filio nostro Francisco Conrado Casimiro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali de Rodt nuncupato ecclesiæ Constantiensi ex concessionem, et dispensationem apostolicam præsuli.

Pius PP. VI.

Dilecte fili salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. **A**lias felicis recordationis Clemens pp. XIV. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis expeditas literas, legem imminutionis dierum festorum, ad præces carissimæ in Christo filiæ Nostræ Mariæ Theresiæ Hungariæ reginæ apostolicæ, nec non Bohemiæ reginæ illustris in Romanorum imperatricem electæ viduæ pro ista civitate, eaque diœcesis tuæ parte, quæ Austriacæ ditioni subjecta reperitur, statuit, atque præscripsit, eandemque legem ad ea etiam loca ejusdem tuæ diœcesis, quæ subsunt Bavaricæ ditioni, sub certis modo, et forma tunc expressis extendit, et ampliavit, ac alias prout in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, haberi volumus, uberius continetur.

Constitutio  
Clementis XIV  
edita super  
imminutione  
festorum in  
diœcesi Costan-  
tienti.

§. 2. Nuper autem exponi Nobis fecit dilectus itidem filius Georgius abbas Monasterii sancti Gregorii martyris de Petershausen istius diœcesis provinciæ Moguntinæ, quod pro spirituali quiete, ac tranquillitate Christi fidelium omnium tam sibi, suoque monasterio subditorum, quam illius parochianorum, admodum utile, ac etiam necessarium omnino videbatur, eandem legem diminutionis festorum ad ipsos quoque extendere, et ampliari.

Præces porre-  
ctæ ab abbate  
monasterii san-  
cti Georgii pro  
extensione con-  
stitutionis ad  
subditos ipsius  
monasterii.

§. 3. Nos igitur eundem Georgium abbatem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis, censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit,

Tenor rescripti  
quo indulgetur  
gratia juxta  
præces, ex ar-  
bitrio ipsius  
abbatis.

hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, circumspeditioni tuæ per præsentis injungimus, ut si opportunum id esse, ac fieri oportere pro tua prudentia in Domino judicaveris, indultum illud, quod tam pro ea parte diocesis prædictæ, quæ Austriacæ ditioni subijcitur, quam pro iis locis ejusdem tuæ diocesis, quæ Bavaricæ ditioni subsunt, ab eodem Clemente prædecessore, ut præfertur concessum fuit, eidem Georgio abbati, ac subditis, et parochianis dicti monasterii, apostolica potestate tibi per presentes delegata, servata in reliquis earumdem apostolicarum literarum forma, et dispositione concedas, atque elargiaris.

Derogatio contrariarum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non monasterii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die 15 Julii 1775 pontificatus Nostri anno primo.

LVII.

Communicatio privilegiorum indulgentiarum et regularum congregationis Bononiensis Oratorii s. Philippi Nerii congregationi ejusdem s. Philippi Nerii civitatis Recinatensis.

Dat. die  
5o. Julii  
1775.  
Anno I.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Militantis Ecclesie regimini meritis licet imparibus, per ineffabilem divinæ sapientiæ, atque bonitatis abundantiam præidentes, clericorum sæcularium congregationes in Ecclesia Dei pie, sancteque institutas, uberisque bonorum operum fructus assidue proferre satagentes, privilegiis, et gratiis libenter decoramus, sicut ad omnipotentis Dei gloriam, et animarum salutem cognoscimus in Domino expedire.

Præmium

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii presbyteri sæculares congregationis Oratorii sancti Philippi Nerii civitatis Recinatensis quod dudum anno scilicet 1719 eadem congregatio a felicitis recordationis Clemente pp. XI. prædecessore Nostro confirmata, ac nonnullis gratiis, et indultis ac privilegiis ditata fuit, ipsiusque congregationis presbyteri sub eodem instituto sancti Philippi Nerii, quod dilecti pariter filii presbyteri sæculares congregationis Oratorii sancti Philippi Nerii Bononiensis in ecclesia beatæ Mariæ virginis de Galliera nuncupatæ erectæ servant, hactenus vixerunt, et adhuc vivunt de præsentibus.

In erectione congregationis Recinatensis nonnullæ gratiæ, et privilegia indult Clemens XI. ejusque sacerdotes vivere declarant sub instituto servato a congregatione Bononiensi.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, regulæ, et instituta dictæ congregationis Bononiensis a rec. mem. Gregorio XIII. et Gregorio pp. XV. prædecessoribus Nostri specialiter approbata, ipsique congregationi Bononiensi, ac illius ecclesie, presbyteris, et personis ab iisdem, et forsitan aliis Romanis pontificibus prædecessoribus itidem Nostri multa privilegia, favores, gratiæ, indulgentiæ, exemptiones, regulæ, et indulta concessa fuerint, prout in ipsorum prædecessorum literis apostolicis desuper respective expeditis uberius dicitur contineri. Ipsi vero exponentes regulas, et instituta hujusmodi receperint, seu recipere, et illa pro viribus observare parati sint, ac proinde iisdem quoque privilegiis, et gratiis frui, et gaudere

Quoniam congregatio Bononiensis statuta condidit a Gregorio XIII. et Gregorio XV. confirmata cum novis privilegiis, et gratiis, omnium harum concessionum participatio et flagitavit congregatio Recinatensis.

posse plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

Omnia indulget pontifex juxta preces.

§. 4 Nos igitur specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrent hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, ac prædictarum literarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis et insertis habentes, hujusmodi supplicationi Oratorii sancti Philippi Neri civitatis Recinatensis prædictæ, illiusque ecclesiæ, et presbyteris sæcularibus, et personis nunc, et pro tempore existentibus, ut omnibus, et singulis privilegiis, favoribus, gratiis, et indulgentiis, exemptionibus, regulis, et indultis memoratæ congregationis, ejusque ecclesiæ presbyteris, et personis per prædictos Romanos pontifices prædecessores Nostros quomodolibet concessis, etiamsi specifica, et individua mentione, et expressione dignis, et quibus eadem congregatio Bononiensis, ejusque ecclesia, presbyteri, et personæ ex memoratorum pontificum prædecessorum Nostrorum concessione de præsentibus utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, pari modo uti, frui, et gaudere libere, et licite possint, et valeant, in omnibus, et per omnia, perinde ac si privilegia, favores, gratiæ, indulgentiæ, exemptiones, regulæ, indulta hujusmodi ipsi congregationi Recinatensi, ejusque ecclesiæ, presbyteris, et personis specialiter concessa reperirentur, sine præjudicio tamen gratiarum, indultorum, et privilegiorum eidem congregationi Recinatensi a supradicto Clemente prædecessore, sicut præfertur, concessorum, et dummodo ipsius congregationis Recinatensis presbyteri, et personæ nunc, et pro tempore existentes regulas, et instituta pro dicta congregatione Bononiensi, ut præfertur, approbata observent, apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Clausula subla  
ta, et decre-  
tum irritans.

§. 5 Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit

in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6 Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, dictæ congregationis civitatis Recinatensis, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die trigesima julii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

Derogatio contrariorum.

### LVIII.

Unio monasterii s. Mariæ matris Domini Salernitanæ diocesis favore collegii sacre Jesu familiæ Sinensium, et Indorum in civitate Neapolitana erecti.

Pius episcopus servus servorum Dei.  
Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1 **P**ræ cæteris illa Nos maxime cura sollicitat, ut animarum saluti, atque evangelicæ fidei propagationi pro pastoralis officii Nostri munere, quan-

Dat. die  
23. julii  
1775.  
Anno 1.

Proemium.



tum Deo adiutore, possumus salubriter consulamus. Quocirca nihil aut præclarior, aut utilius a Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris institutum fuisse arbitramur, quam ut collegia vigerent, in quibus nonnulli adolescentes a piis, doctisque viris erudirentur, quorum deinde opera, atque laboribus doctrina Christi in vastissimis regionibus, unde illi arcesserentur, aut latius promulgari, aut firmiter conservari, aut defendi facilius posset.

§. 2. Ex quo siquidem collegium Sinensium, et Indorum sub titulo sacre Jesu familiæ extra civitatem Neapolis a felicis recordationis Clemente papa XIII, sub directione, et gubernio congregationis dilectorum filiorum presbyterorum sæcularium ejusdem tituli a Sede apostolica approbatæ, et a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis de Propaganda Fide præpositorum dependens primitus institutum fuit, cum benedicente Domino, quam plures a remotissimis iis regionibus acciti et in eo collegio sacris literis imbuti, atque ad sacros ordines promoti in patriis regionibus, ad quas reversi fuerant catholicam religionem late propagarent, ejusque incremento strenue adlaborarent; ideo duo ex prædecessoribus Nostris collegium illud, ejus directores, singulosque alumnos speciali benevolentia sunt prosequuti, dictæque congregationi commendarunt, præcipue vero ad augendum alumnorum numerum bonis, et redditibus augere curarunt. Etenim eidem collegio exigua antea dote prædita ejusdem recolendæ etiam memoriæ prædecessor Noster Benedictus pp. XIV. monasterium abbatiam nuncupatum sancti Petri de Ebulo, seu Ebuli ordinis sancti Benedicti Salernitanæ diocesis sub certis legibus, conditionibus, et obligationibus ab eo impositis, illiusque bona, et redditus univit.

§. 3. Et subinde similis mem. Clementis pp. XIII. itidem prædecessor Noster primum ecclesiam, seu cappellam sancti Petri a Colonnello, seu la Petruccia vulgo nuncupatam dictæ Salernitanæ diocesis, quæ a monasterio abbatia etiam nuncupato sanctæ Mariæ matris Domini prædicti sancti Benedicti, seu alterius ordinis ejusdem Salernitanæ diocesis dependet, aut alias illi canonice unita existit, quam venerabilis etiam frater Noster Nicolaus Xaverius a sancta Maria episcopus Cirenensis una cum monasterio secundodicto

in commendam ad sui vitam ex concessione, et dispensatione apostolicis tunc obtinebat, prout ad præsens obtinet ex tunc, et cum primum illius commenda cessante vacasset, et dictæ sine cura ecclesiæ, aut cappellæ bona quæcumque eidem collegio etiam addidit, atque expresse præcepit, et præscripsit, quod præter, et ultra numerum sexdecim alumnorum a Benedicto prædecessore prædicto, ut præfertur, constitutum, alii quatuor alumni, quorum videlicet duo Sinenses, et Indi, reliqui duo ex quibusdam Turcarum dominio subiectis nationibus adsciscerentur, ita ut dicti collegii alumni non sexdecim sed viginti deinceps numerarentur. Subinde vero idem Clemens prædecessor ad augendum in ipso collegio alumnorum numerum etiam ex tunc, et cum primum secundodictum monasterium sanctæ Mariæ matris Domini, illius commenda pariter cessante, vacaverit pensionem annuam a quibusvis oneribus immunem mille, et biscentum ducatorum monetæ regni Neapolitani super secundodicti monasterii fructibus eidem collegio perpetuo reservavit. Voluit tamen, et constituit, quod præter numerum viginti alumnorum a Benedicto prædecessore, ut præfertur, præscriptum, alii octo adderentur alumni non ex alia quam Sinensi natione, ita ut integrum collegium ex viginti octo constaret alumnis. Quæ autem prædecessores Nostris ad amplificandum idem collegium provide designarunt, et compararunt, subsidia etiam postquam secundodicta unio, et reservatio præmissa sortitæ fuerint effectum, cum satis opportuna minime fore intellexerimus, ut educari valeant tot evangelici operarii, qui ad patrias reduces quamplurimos ibidem degentes catholicos confirmant, innumerisque infidelibus veram, divinamque religionem annunciant; ideo, re mature perpensa, patreque luminum invocato, qui per divina sua charismata liberem in dies messem parat evangelicis operariis juxta dictæ congregationis votum, et consilium Nobis oblatum, dictum sanctæ Mariæ matris Domini monasterium, cujusque bona omnia in congruam dicti collegii dotem integrè constituere omnipotentis Dei gloriæ consonum existimamus.

§. 4. Ut igitur idem collegium de catholica religione optime meritum, prout Nobis in Domino datum est, suscipiat incrementum, peculiaris magnificentiæ argumenta ei præbere cu-

Præcipitur unio monasterii s. Mariæ Domini, ut ex fructibus bonorum ad monasterium perti-

Landes, collegii ejus favore plurimæ concessionis summi pontificis indulserunt.

Consultum esse fuit, ut alumnorum numerus in dies egeretur.

mentibus, melius collegii necessitatibus fieri possit satis

pientes, ipsosque dilectos filios illius moderatorem, et presbyteros, ac alumnos, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet inodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censes, motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine dictum monasterium sanctæ matris Domini prædictæ Salernitanæ diocesis, cujus et illi annexorum fructus, redditus, et proventus ad florenos sexaginta sex auri cum duobus tertiis alterius floreni similis in libris cameræ apostolicæ, ut accepimus, taxati reperiuntur, ex nunc prout ex tunc, et e contra cum primum illud ex persona dicti Nicolai Xaverii episcopi illius commenda quovis modo cessante, ut antea etiam apud Sedem apostolicam vacare contigerit; etiamsi actu non vacet ac tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio, provisio, et omnimoda alia dispositio juxta Lateranensis statuta concilii ad Sedem eandem legitime devoluta existat, cum omnibus, et singulis illius bonis, universis rebus, proventibus, redditibus, et fructibus prædictis, ad secundodictum monasterium quovis modo spectantibus, et pertinentibus, nec non omnibus, et singulis eidem monasterio secundodicto annexis ecclesiis, seu cappellis, ac beneficiis ecclesiasticis dicto collegio ad infrascriptum tamen effectum; et non alias, ac donec, et quousque dictum collegium in dicta civitate Neapolitana permanserit. Ita quod statim ac monasterii secundodicti commenda, ut præfertur, cessaverit, liceat prædictis modernis seu tunc existentibus ipsius collegii superioribus, et presbyteris monasterii secundodicti, illiusque honorum, territoriorum, pertinentiarum, et rerum, proprietatum, ac jurium quorumcumque, nec non fructuum, reddituum, et proventuum prædictorum veram, realem, et actualem possessionem per se, vel alium, seu alios ejusdem tamen collegii nomine propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam retinere, dictaque bona, res, et proprietates locare, distocare, arrendare, illorumque fructus, redditus, proventus, et emolumenta quæcumque in quibusvis rebus consistentia, et quandocumque, et qua-

litercumque ex eis provenientia exigere, percipere, levare, ac in substantiationem infrascriptorum alumnorum, et missionariorum præter supra præfixum numerum erogare, diocessani loci, vel cujusvis licentia desuper minime requisita, supportatis tamen per idem collegium, et pro eo per modernos, et pro tempore existentes illius superiores, et presbyteros prædictos omnibus, et singulis monasterii secundodicti, ac etiam infrascriptis oneribus, dicta apostolica auctoritate earumdem tenore præsentium, prout infra unimus, annectimus, et incorporamus.

§. 5. Expresse etenim declaramus, quod dicta sine cura ecclesia, seu cappella sancti Petri a Colonnello vulgo la Petruccia, ut præfertur, nuncupata, quatenus a monasterio secundodicto minime dependeat, aut illi alias minime fuerit unita, prout antea vigore litterarum dicti Clementis prædecessoris eidem Collegio etiam unita censi debeat; quatenus vero illa a monasterio secundodicto dependens, vel illi alias unita fuerit, sub præsentis monasterii secundodicti unione comprehendatur, ita ut in utroque casu dictæ sine cura ecclesiæ, seu cappellæ unio effectum suum sit sortitura, dicta autem pensio ab eodem Clemente prædecessore, ut præfertur, reservata causa præsentis secundodicti monasterii unionis cum omnibus et singulis illius fructibus consolidata sit, et resolvatur.

§. 6. Præterea præcipimus, et mandamus, quod ubi primum monasterii secundodicti commenda cessante unioni hujusmodi locus factus fuerit præter numerum sexdecim alumnorum a Benedicto prædecessore, ut præfertur, constitutum, et juxta utramque dicti Clementis ordinationem aliorum videlicet duodecim, quorum decem Sineses, et Indi forent, reliqui vero duo ex aliis Turcarum dominio subiectis nationibus adscisci possent, deinceps alii quatuor Sineses alumni ad idem collegium admitti debeant, ita quod illud ex triginta duobus constet, et constare debeat alumni, qui sub regulis, directione, et gubernio ditorum presbyterorum congregationis prædictæ, servatis iisdem regulis, et constitutionibus alias ab apostolica Sede approbatis, in illud recipi, ac in eo alii, et sustentari, ac educari, instrui, et erudiri debeant per integrum consuetum tempus iisdem prorsus modo, et forma, prout antea primævi dicti collegii a-

Speciales declarationes quoad cappellam s. Petri a colonnello nuncupatam.

Præceptum de implendo numero alumnorum vix unione sequuta.

lumni etiam quoad sumptus in itineribus impendendos e patriis regionibus ducti, et ad eas reducti fuere.

§. 7. Ita quoque statuimus, et mandamus, quod ex redditibus ipsius collegii post secutum hujus novæ unionis effectum tres missionarii alantur, qui juxta instructionem a dicta congregatione de Propaganda Fide eis tradendam injunctum ipsis apostolicum munus in Sinarum dominio exequi valeant, et teneantur: ac præterea expresse sancimus, quod dicti moderni, et pro tempore existentes ipsius collegii superiores, et presbyteri eidem congregationi de Propaganda Fide propter dependentiam supra enunciatam de adimplemento præmissorum numero, nimirum educatione, et profectu alumnorum, de statu æconomico collegii, ac alias in omnibus, et per omnia ad quemcumque nutum parentes rationem sint reddituri, et reddere teneantur.

§. 8. Insuper indemnitati dicti collegii consulere volentes, et attento, quod illud a dicta congregatione dependet, ut præfertur, collegium illud ab annatarum, quindenniorum communium, minutorum, aliorumque jurium cameræ apostolicæ, ac etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus, et Romanæ curiæ officialibus, de annatis, quindenniis communibus, minutis, et aliis juribus prædictis quomodolibet participantibus eorumque respective collegiis ratione unionis, annexionis et incorporationis hujusmodi debitorum solutione, et præstatione auctoritate, et tenore prædictis omnino eximimus, et liberamus, liberumque, et exemptum omni futuro tempore fore, et esse statuimus, et mandamus. Decernentes dictum monasterium ex nunc prout ex tunc prædicto collegio unitum, annexum, et incorporatum esse, et fore, et ex nunc plenum jus eidem collegio in eodem monasterio vere, et non fecte acquisitum existere, ipsumque collegium beneficio regularum Nostrarum, et cancellariæ apostolicæ de jure quæsito non tollendo, ac de annali, et triennali possessoribus gaudere, secundodictumque monasterium, illius commenda quovis modo cessante, ad hoc ut de illo in alterius, quam dicti collegii favorem disponi valeat minime vacare posse, ac ex nunc omnes, et singulas collationes, provisiones, et commendas, et quasvis alias dispositiones de eodem monasterio, et de illo quovis modo vacaturo, aut vacante etiam per Nos, et Romanum pontificem pro tempore exi-

stentem, et sedem eandem, vel illius de latere legatos, dicti quoque Nicolai Xaverii episcopi ad id accedente consensu cum quibusvis clausulis, et decretis in alterius, quam prædicti collegii favorem forsitan faciendas, tamquam contra mentem, et intentionem nostras factas, nullas, et invalidas, nulliusque roboris, vel momenti fore, et esse nullumque per eas cuiquam jus acquiri, vel etiam coloratam titulum possidendi tribui posse.

§. 9. Præsentibus quoque Nostras litemas nullo unquam tempore ex quo- cumque capite, vel quacumque causa quantumvis juridica, et legitima de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quopiam alio defectu, aut ex alia quavis causa notari, impugnari, invalidari, aut alias quomodolibet infringi nullatenus posse, nec sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, limitationibus, derogationibus, ac cancellariæ apostolicæ regulis unionum effectum suum non sortitarum revocatoriis a Nobis, et successoribus Nostris emanatis, et emanandis comprehendere, vel confundi, sed tamquam pro ampliacione dicti collegii ad bonarum artium cultum, et præcipue ad fidei catholicæ propagationem instituti factas semper ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat et pro tempore spectabit inviolabiliter observari.

§. 10. Sicque, et non alias per quoscumque iudices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac prædictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos, dictæque Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, in quovis iudicio, et instantia iudicari, et definiri debere, irritumque, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 11. Non obstantibus Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis de exprimendo vero annuo valore beneficiorum ecclesiasticorum in unionibus, deque illis committendis ad partes, vocatis quorum interest, ac Lateranensis, et aliorum etiam generalium conciliorum

Exemptio litemas a querela subreptionis, vel obreptionis, et a quovis alio iudicio remedio.

Clausula sublata, et decretum irritans

Derogatio contrariorum.

Præcipitur ut de implemento omnium onerum injunctorum doceatur penes congregationem de Propaganda Fide, quolibet anno.

Liberatio honorum ab annatis quindenniis, et juribus similibus.

uniones perpetuas non nisi in casibus a jure permissis; ac etiam beneficia unius diocesis aliis beneficiis, collegiis, et locis alterius diocesis uniri prohibentium, nec non felicitis recordationis Pii pp. IV. de gratiis interesse dictæ cameræ apostolicæ concernentibus intra certum tunc expressum tempus in ea registrandis, aliisque etiam in synodalibus, provincialibusque, et universalibus conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non monasterii secundodicti, et ordinis, cujus illud existit, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis in genere, vel in specie, aut alias in contrarium præmissorum quomodolibet forsitan concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorumque tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent præsentibus pro plene et sufficienter expressis, et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris latissime, et plenissime ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide motu pari derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 12 Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ absolutionis, unionis, annexionis, incorporationis, declarationis, præcepti, mandati, statuti, decreti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, decimo halendas augusti pontificatus Nostri anno primo.

LIX.

Facultas confraternitati Mortis civitatis Vetulæ liberandi quotannis unum reum ad trisemes damnatum etiam ad vitam.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **P**ias Christifidelium confraternitates ad charitatis, pietatisque opera exercenda institutas, ut in eorumdem pietatis, et charitatis operum exercitio magis magisque confoveantur, specialibus pontificæ Nostræ beneficentiæ favoribus, et gratiis prosequimur, quemadmodum in Domino salubriter expedire conspiciamus.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni gubernator, et priores confraternitatis Mortis, et Orationis civitatis Vetulæ Viterbiensis, seu Tuscanensis diocesis, quod eadem confraternitas, ejusque confratres plura pietatis, et charitatis opera semper exercuerunt, et modo quoque exercere pergunt. Cadavera enim defunctorum in agris territorii dictæ civitatis, solo charitatis impulsu, ad ecclesiasticam sepulturam ipsi deferunt: prima dominica cujuslibet mensis augustissimum Eucharistiæ sacramentum Christifidelium venerationi exponunt in suffragium animarum purgantium in propria ecclesia, quam sacris suppellectilibus, quo decentius fieri potest, detinent ornatam, ibique missæ celebrantur, nullo prorsus præscripto earum numero, sed præter solitos cappellanos, elemosyna traditur etiam omnibus aliis presbyteris, qui ad portum dictæ civitatis perveniant, licet ibidem longo temporis spatio commorentur, et quandoque deficientibus aliunde elemosynis, eas suppeditant ipsi confratres, qui omnia præmissa proprio ære peragunt, cum confraternitas hujusmodi nullos certos redditus habeat. Ut igitur tot pietatis, et charitatis opera in posterum quoque alacrius dicti confratres exercere valeant, facultatem singulis annis liberandi unum reum ad trisemes in perpetuum damnatum pro quocumque patrato delicto, illo tamen homicidii, et furti excepto, per Nos sibi concedi plurimum desiderant. Nobis propterea

Dnt. die  
19 augusti  
1775.  
Anno I.

Proemium

Expositio precum

humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eidem confraternitati Mortis, et Orationis civitatis Vetulæ, et pro ea modernis, et pro tempore existentibus gubernatoribus, prioribus, et confratribus, ut ipsi donec, et quousque præmissa pietatis, et charitatis opera expleverint, perpetuis futuris temporibus, singulis annis, unum reum ad pœnam triremis ad ejus vitam a quocumque tribunali almæ urbis, et status Nostri ecclesiastici damnatum sive contumacem, vel in carceribus etiam detentum, seu insuper ad triremes transmissum, ibique existentem, ostensa toties quoties per eosdem officiales, et confratres tribunali prædicto gratia per præsentem obtenta, et dummodo tamen de homicidio, ac furto non agatur, et habita prius pace, seu consensu partis offensæ, et sine ullo fisci præjudicio, liberare, et absolvere possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Clausula subblata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentem literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dictæ confraternitati in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima nona augusti millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

LX.

Dat. die  
28 augusti  
1775.  
Anno I.

Indultum, ut titulus suppressæ abbatix s. Epiphaniî ordinis s. Augustini congregationis Lateranensis in posterum servetur.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **N**uper nomine definitorii generalis dilectorum filiorum canonicorum regularium ordinis sancti Augustini congregationis Lateranensis expositum Nobis fuit, quod cum abbatia, ac monasterium sancti Epiphaniî civitatis Papiensis, apostolica ad id accedente auctoritate suppressa fuerint, unica tantum modo superest abbatia sancti Petri in Cælo Aureo pro iis, qui inter canonicos regulares congregationis, et ordinis hujusmodi ex Mediolanensi natione numerantur, hincque evenit, ut per aliquem abbatem laudabiliter quoque absoluto illius gubernio, dum nulla alia modo extat abbatia, ad quam transire ipse postmodum valeat, cogitur omnino in statu simplicis religiosi permanere, omnibus destitutus honoribus, quos suo labore sibi comparaverat.

Expositio status abbatix.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, re hac a definitorio prædicto perpensa, visum fuerit, satis ad id opportunum remedium adhiberi posse quoties apostolica Nostra auctoritate titulus ejusdem jam suppressæ abbatix sancti Epiphaniî in posterum quoque conservetur, et pro hac prima vice dilecto filio Cæsari Carcano canonico regulari ordinis, et congregationis hujusmodi concedatur, et assignetur; quocirca ii, qui definitorium prædictum nunc constituunt, Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Preces porrectæ pro conservanda conservatione tituli

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione dilecti filii nostri Francisci

Tenor indulti laici super conservatione tituli.

Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis Carafa nuncupati congregationis venerabilium fratrum Nostrorum ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositorum, per præsentem decernimus, et declaramus, ut in posterum licet abbatia sancti Epiphaniî civitatis Papiensis ut præfertur, suppressa fuerit, nihilominus ejusdem abbatia titulus conservari, atque uni pro tempore existenti canonico ordinis, et congregationis hujusmodi successive, servatis alias servandis, conferri, et assignari debeat.

Prorogatio privilegiorum, et præminentiarum favore abbatis obtinentis titulum.

§. 4. Ipsique canonico ejusdem abbatia titulum pro tempore obtinenti, ut omnibus, et singulis præmientiis, prærogativis, honoribus, privilegiis, gratiis, et indultis, quibus alii abbates titulares ordinis, et congregationis ejusmodi tam de jure, usu, et consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere possunt, et poterunt in futurum, pari modo uti, frui, et gaudere libere, ac licite possit, et valeat auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus. Pro hac autem prima vice dilecto filio Karolo Grasso moderno ordinis, et congregationis hujusmodi abbati generali, facultatem in abbatem titularem prædictæ abbatia cum omnibus, et singulis dictis præmientiis, prærogativis, honoribus, privilegiis, gratiis, et indultis præfatum Cæsarem Carcani canonicum regularem expresse professum ordinis, et congregationis ejusmodi, atque longo ab hinc tempore procuratorem monasterii, seu abbatia sub titulo sanctæ Mariæ de Passione civitatis Mediolanensis deputandi, et constituendi auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur.

Clausula subblata, et decretum irritans

§. 5. Decernentes easdem præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definire debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctorita-

te scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinis, et congregationis hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque; et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava augusti millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

Derogatio contrariorum.

## LXI.

Dat. die  
15 septembris  
1775.  
Anno I.

Extinctio et respectiva concessio vacabilium inelyti populi Romani, earumque regaliarum salis.

Bernardinus tituli sanctissimæ Trinitatis in monte Pincio S. R. E. presbyter cardinalis Giraud Sanctissimi Domini Nostri pro-auditor, ac iudex commissarius specialiter delegatus.

§. 1. Cum sanctissimus dominus Noster Pius divina providentia pp. VI. supplicationibus illustrissimorum, et excellentissimorum dd. hodiernorum conservatorum urbis benigne inclinatus chirographum propria manu Sanctitatis suæ die 2. augusti proxime præteriti subsignatum, nobis pro executione in eo contentorum direxerit tenoris sequentis videlicet =.

Decretum auditoris Sanctissimi super executione chirographi.

§. 2. Reverendissimo cardinali Giraud Nostro pro-auditore. Ci è stato esposto per parte de' conservatori di

Tenor chirographi

questa Nostra alma città di Roma; che essendo vacati nel mese di ottobre dell'anno scorso 1774 per morte del duca d. Carlo Cesi cinque uffici capitolini intitolati uno agente del popolo Romano l'altro custode della statua di Sisto V. = il terzo commissario dell'acqua del cerchio massimo = il quarto custode delle misure del Campidoglio = ed il quinto maestro delle mosse con due sostituti. Si sono essi conservatori riconosciuti in obbligo di manifestarci che la provizione certa e mensuale di ciascuno di detti uffici che gli si contribuiva di bimestre in bimestre dalla Nostra camera capitolina resta soppressa, ed estinta a vantaggio, e sollievo della stessa camera nella somma in circa di scudi duecento cinquanta l'anno a tenore delle riforme che vi sono in favore di detta camera. Siccome però il primo degli officj suddetti intitolato agente non può restare del tutto soppresso per essere di esercizio, gli oratori hanno pensato, quando però così fosse piaciuto a Noi, di conferirlo a qualcuno delli ministri più benemeriti del magistrato, con li soli emolumenti assegnatili a titolo dell'esercizio. Rappòrto poi alle regalie del sale annesse agli altri suddetti officj di maestro delle mosse, e suoi sostituti, queste riniangono a vantaggio, e disposizione de' medesimi conservatori come emolumento eventuale della loro residenza secondo l'invetterata consuetudine approvata da pontefici Nostri predecessori. Quindi essi esponenti hanno implorata la Nostra clemenza, umilmente supplicandoci a volerli degnare di concorrervi con la Nostra suprema approvazione, e Noi intese avendo le opportune informazioni tanto del fiscale, che del segretario della curia del Campidoglio, volendo agli esponenti far godere gli atti della Nostra munificenza, siamo benignamente discesi a fare loro, come in appresso la grazia.

§. 3. Avendo pertanto nel presente chirografo per espresso, e di parola in parola inserito, e registrato l'intero tenore di tutto, e quanto è, e sarebbe necessario di doversi esprimere, di Nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema potestà vi ordiniamo, che in Nostro nome manifestiate, e dichiariate, conforme Noi manifestiamo, e dichiariamo la Nostra volontà, quale è, che li cinque officj vacabili capitolini, uno cioè di agente del popolo Romano, altro detto custode primo della

statua di Sisto V., il terzo detto commissario dell'acqua del circo massimo, il quarto custode delle misure del Campidoglio, il quinto finalmente detto maestro delle mosse con due sostituti goduti, e posseduti fino alla morte del duca di Aquasparta don Carlo Cesi siano per la di lui morte, e debbano aversi, e reputarsi affatto estinti, e li medesimi officj dal giorno della morte del mentovato duca cadano a beneficio, e comodo della Nostra camera capitolina in conformità del chirografo del Nostro predecessore Innocenzo XII. di s.m. segnato li 19 giugno 1694 non avendo Noi voluto concedere la proroga de' medesimi officj a vita dell'odierno Federico Cesi juniore, ancorchè ci sia stata istantemente richiesta dalla duchessa Marianna Massimi Cesi di lui madre tutrice, e curatrice per la ragione che la stessa camera, che si trova di molto, e più che abbastanza esaurta, non resti ulteriormente aggravata con la grazia richiestaci della proroga.

§. 4. Ma conforme due de' sopraddetti officj, quello cioè agente del popolo Romano e l'altro maestro delle mosse hanno con loro esercizio, perciò vogliamo, e comandiamo, che li detti conservatori del popolo Romano debbano deputare una, o due persone, che personalmente, et per se ipsos, e non mai più per alium esercitino li medesimi officj, e per l'ufficio di agente del popolo Romano, che consiste nel servire, ed accompagnare nelle funzioni pubbliche in figura, e qualità di familiare nobile li detti conservatori, ed inoltre di ricever l'armi dall'armeria Vaticana e quelle custodire in tempo della vacanza della Sede apostolica, vogliamo che le resti assegnato un annuo emolumento di scudi venticinque, e non più, in modo però che in questo annuo emolumento debbano restar compresi tanto li scudi dieciotto, che presentemente paga a tal ufficiale il Nostro palazzo apostolico, in vece, e luogo ed affitto, che egli ritraeva dalla abitazione, che gli compete nel palazzo di Campidoglio, quanto tutti gli altri emolumenti certi, ed incerti del medesimo officio descritti in una nota umiliataci dal fiscale del Campidoglio, quali tutti vogliamo che si contino per formare il detto annuo emolumento di scudi venticinque. Per l'altro officio poi di maestro delle mosse, che consiste nel far aggiustare il canapo, armare la balestra, e tutt'altro che

Consultur mu-  
neri agentis  
populi romani  
et magistri  
delle mosse,  
nuncupati.

Extinctio va-  
cabillum, et  
eorum applica-  
tio ad cameram  
capitolinam.

concerne la corsa de'barberi, custodire li ferramenti, legnami, canapi, ed altro riguardante la mossa, vogliamo, che si assegnino solamente tutti gli emolumenti tanto certi, come incerti, che sogliono percepirsi in tempo di carnevale, ed in occasione delle corse, e non altro, secondo parimente la nota esibitaci dal fiscale, senza che a questa Nostra spiegata volontà e determinazione possa fare alcun ostacolo qualunque cosa in contrario. Considerando Noi, che specialmente, quando si cumulino ambedue li suddetti officj in una sola persona esercente *per se ipsum*, et non *per alios*, conforme Noi diamo alli conservatori la facoltà di cumularli ha questa un emolumento annuo di scudi quaranta per il servizio da prestarsi da quella senza che siavi necessità di gravare ulteriormente la camera capitolina.

Emolumenta  
adnexa mune-  
ri magistrorum  
delle mosse  
concedantur  
conservatori-  
bus urbis.

§. 5. Rapporto poi alle tre regalie annesse all'offizio *mastro* delle mosse con due sostituti ultimamente come sopra vacato per morte del duca don Carlo Cesi inerendo Noi alla risoluzione presa dalla congregazione particolare dell'anno 1703 confermata l'anno 1704 dalla san. mem. di Clemente XI., ed inerendo ancora al chirografo della san. memoria di Clemente XIV. nostro predecessore segnato li 10. agosto 1771., e finalmente all'antica consuetudine, benignamente accordiamo, che dette regalie cedano in beneficio, ed utile de' moderni conservatori di Roma supplicanti alli quali concediamo ampla licenza e facoltà di poterne liberamente disporre.

Præceptum de  
publicandis li-  
teris, et descri-  
bendis in libris  
capitulinis.

§. 6. Finalmente vogliamo e comandiamo che questa Nostra volontà, e legge si noti, e descriva nelle tabelle, e negli altri libri capitolini, e che si dia alle stampe, e si pubblichi unitamente con le altre ordinazioni pontificie su tale materia parimenti pubblicate nell'anno 1753., incaricandone li medesimi conservatori, ed odierno fiscale di Campidoglio, in modo che per fino a tanto non sarà adempita questa pubblicazione nella maniera sopra espressa, li conservatori non possono godere della grazia loro accordata sulle regalie.

Clausula salu-  
tates, ut ex-  
quatur chiro-  
graphum

§. 7. In esecuzione pertanto del presente Nostro chirografo ne pronunciate qualunque decreto, e farete tutt'altro, che per totale adempimento, perpetua fermezza, e sussistenza di questa Nostra grazia stimerete in qualsi-

voglia modo essere espediente, e necessario, essendo così mente, e volontà Nostra espressa; volendo, e decretando che il presente Nostro chirografo quantunque non esibito, nè registrato ne' soliti libri della Nostra camera apostolica, abbia, e debba avere sempre, ed in perpetuo il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla Nostra semplice sottoscrizione; benchè non vi siano stati formalmente citati il fiscale ed altri ministri della detta camera capitolina, e qualsivoglia altre persone privilegiate, e privilegiatissime che vi avessero, o pretendessero avervi alcun interesse, e che per comprenderle facesse bisogno di speciale, et individua menzione.

§. 8. Vogliamo similmente e decretiamo che contro il presente Nostro chirografo non si possa mai dare, e opporre di surrezione, orrezione, eccesso, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, nè che mai sotto tali, o altri qualunque pretesti possa essere impugnato, moderato, e revocato, e che così, e non altrimenti debba sempre giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualunque giudice, e tribunale benchè collegiale, congregazione anche di reverendissimi cardinali, camerlengo di Santa Chiesa, tesoriere, Rota, camera, e qualunque altro, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di giudicare, definire, ed interpretare in contrario.

§. 9. Dichiarando Noi fin da adesso preventivamente nullo, irritato, ed invalido tutto ciò che da ciascuno di essi con qualsivoglia autorità scientemente, o ignorantemente fosse in qualunque tempo giudicato, o si tentasse giudicare contro la forma, e disposizione del presente Nostro chirografo, non ostante la Bolla di Pio IV. Nostro predecessore de *registrandis*, la regola della Nostra cancelleria *de jure quesito non tollendo* e qualsivoglia altre costituzioni, ed ordinazioni apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, e specialmente in quelle parti però che forse potrebbero esser contrarie a questa Nostra presente volontà, e disposizione, e chirografi di Innocenzo X., Alessandro VII., Clemente X. ed Innocenzo XII. altri Nostri predecessori posti in piè della tabella dell'entrata, ed uscita del Nostro popolo Romano, lo statuto di Roma, e qualsivoglia altre cose necessarie ad esprimersi, benchè contenessero derogatorie di derogatorie; e che ricercassero speciale,

Cuncta juris  
remedia adver-  
sus literas ex-  
cludantur.

Clausula irri-  
tantes, et de-  
rogatorias con-  
trarium.



et specialissima menzione, alle quali tutte, e singole avendone il di loro tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato, e supplendo colla pienezza della Nostra podestà pontificia ad ogni vizio, e difetto quantunque sostanziale, e formale che vi potesse intervenire per questà sola volta, e per la piena, e totale esecuzione di quanto si contiene nel presente Nostro chirografo amplamente, ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico di Monte Cavallo questo dì 2 agosto 1775.

## Pius Papa VI.

executio chirographi.

In secondo luogo perchè si è anche riconosciuto accordarsi e similarsi insieme, tanto il preteso creditore, che il debitore, con inventare, e fingere il dominio delle case, quali sono per lo più misere, e vili per poi dividersi fra loro quell'assegnamento, che viene da noi stabilito nelle congregazioni; perciò, accettando li luoghi pii, e case magnatizie di Roma, sulle quali non può cadere sospetto alcuno di dolo, frode, e supplantatione, tutti li padroni di case, che saranno persone private, ed incognite dovranno portare al deputato per li loro carcerati, o il publico degli istrumenti di acquisti loro fatti, o almeno indicare in quali atti, e da qual notaro siano stati rogati, con esibire altresì un attestato solenne di due testimonj, quali con giuramento deponghino l'attuale possesso di esse case presso loro esistenti; e lo che se non sarà da tali padroni fedelmente eseguito diano le facultà ad esso deputato unitamente a monsignor prefetto di ordinare subito la scarcerazione di tal debitore, e lo stesso vogliamo anche si osservi in altri simili casi, ne quali non possa così sollecitamente unirsi, ed adunarsi la piena congregazione. Volendo ancora, che qualora o l'esattore, o gli stessi padroni di casa verranno intimati di portarsi dal deputato per bene informarlo, debbano prontamente obbedire, e altrimenti verranno esclusi li loro debitori, e pagheranno la pena di scudi tre per ciascuno d' applicarsi al beneficio della nostra archiconfraternita, come fu risoluto in una nostra congregazione del giorno 17 marzo 1774, alla quale vogliamo pienamente uniformarci.

In terzo luogo essendosi introdotto per lo passato l'abuso, che molti debitori fingendosi malati nelle carceri chiedevano il permesso di ritornare alle proprie case, e venire soltanto nella nostra chiesa il giorno della scarcerazione per prendere il mezzo zecchino solito a darsi ad ogni scarcerato per titolo di limosina; ad oggetto pertanto di ovviare ad un si-

mile disordine introdotto appunto per deludere il nostro pio istituto, e per agire una strada più facile ad aggravare la nostra archiconfraternita si è risoluto, che se mai accadesse, che qualcuno s' infermasse alle carceri del Campidoglio, si faccia quello trasportare a spese della nostra archiconfraternita nella infermeria delle carceri Nuove, od in essa infermeria anche si trasportino gli altri carcerati, ivi esistenti, supplendosi dalla medesima nostra archiconfraternita alla spesa maggiore che occorrerà oltre la contribuzione solita farsi ogni giorno dalli creditori, incaricando il nostro sollecitatore delle carceri ad invigilare, acciocchè detti infermi siano con tutta carità assistiti e trattati, come fu eziandio risoluto per due decreti fatti dalla nostra congregazione, uno il dì 12 dicembre 1764, e l'altro sotto il giorno primo di settembre 1772, e registrati nel libro delle congregazioni, al quale si incide, come in tutto altro vogliamo si abbia la piena fede, come scritto di comun consenso della piena congregazione.

Determiniamo in quarto luogo, che dovendosi dalli creditori fare il deposito preventivo degli alimenti alla ragione di bajocchi dieci al giorno per ciascun carcerato, non si diano quelli nelle mani dello stesso debitore carcerato, ma si depositino presso un notajo, o altra persona, che sarà destinata dalla congregazione, acciocchè si tolgino quelle collusioni, ed inganni, che pur troppo seguiti sono per lo passato su tal particolare. Che se poi qualcun creditore moroso fosse nell'adempiere un tal deposito, come frequentemente suole accadere, qualora il carcerato venga ammesso, ed approvato dalla nostra congregazione al beneficio della scarcerazione, in tal caso si pagheranno dal nostro esattore gli alimenti suddetti, acciò stantot non perischino di fame i poveri ricarcerati, e si reintegrerà di poi la nostra archiconfraternita con assegnare quel di meno alli creditori.

Si è in quinto luogo con sommo dispiacimento riconosciuto, che dovendo li debitori civili nelle due loro scarcerazioni, e precisamente negli due giorni del ssimo Natale, e pasqua di Resurrezione fare la ssima comunione nella nostra chiesa con darglisi poi, come si è già detto, per titolo di limosina mezzo zecchino per ciascuno, non si è veduta in essi quella prepa-

razione, e raccoglimento, che è pur troppo necessario ad un atto così sacrosanto; onde per ben prima disporli, ed istruirli nell' principali misteri di nostra santa religione, si è risoluto di eleggere due sacerdoti secolari dotti, e probi a scelta di monsignor prefetto, uno alle carceri Nuove, l'altro a quelle del Campidoglio, acciocchè otto giorni innanzi le due scarcerazioni debbano a carcerati dettare gli esercizi spirituali, o fargli il catechismo come crederanno più proprio, confessandoli, e perfettamente disponendoli alla riferita comunione, lasciando anche in libertà di esso monsignor prefetto scegliere uno di detti due sacerdoti per fare la solita esortazione nella nostra chiesa, tanto nell' riferiti due giorni di Natale, e Pasqua quanto anche nel giorno, che si libera il condannato, con assegnare a suo arbitrio una doverosa ricognizione a detti due sacerdoti per un tale incomodo, come si trova anche risoluto in una nostra congregazione tenuta il dì primò di settembre 1774.

Finalmente si stabilisce, che non possono i debitori civili essere ammessi alle due scarcerazioni graziose, se non dopo passati anni quattro dal giorno, che furono altre volte aggraziati dalla nostra archiconfraternita, e ciò per evitare le continue frodi, che prima si commettevano da essi, e da' loro rispettivi creditori, quali di buona voglia usavano tolleranza per rimaner poi al coperto sulle limosine del nostro luogo pio. Si pregano adunque i nostri deputati di usare su di ciò tutte le possibili diligenze, ma più di tutti s' incarica il nostro notajo, presso di cui resta la nota de' scarcerati in ogni anno, acciocchè prima di fare i libretti, confronti i nomi delli presenti carcerati con gli altri carcerati di quattro anni indietro, e trovando ciascuno di essi aggraziato prima del quattrennio lo scriva sotto il nome, e cognome di esso carcerato per dimetterlo, o subito avuta una tal notizia, o al più tardi nella futura congregazione, siccome si è anche più e più volte stabilito nella congregazione della nostra archiconfraternita.

## CAPITOLO XVIII.

## Delle congregazioni solite

dalla nostra archiconfraternita  
nelle due scarcerazioni

§. 25. La lodevole costumanza introdotta da tempo antichissimo, e ritrovata anche descritta ne' nostri antichi statuti prima di eseguire ciascuna delle suddette annue scarcerazioni premettere si debbano due congregazioni coll' intervento di monsignor prefetto, monsignor prelado alle carceri, e delli soli quattordici deputati, a' quali appartiene di riferire la sussistenza de' crediti per pagare i quali sono stati carcerati i poveri debitori, oppure si sono questi spontaneamente costituiti, come si è già detto di sopra; per ciò più fedelmente e sicuramente eseguire, dovranno essi riconoscere prima negli atti le locazioni già prodotte: e se bene si tollerò, che rispetto alli luoghi più principi, e cavalieri Romani non sia necessaria la produzione negli atti della vera, e legale locazione, trattandosi di case piccole, e di persone miserabili, ma basti soltanto l'attestato del computista; ad oggetto però di togliere ogni sospetto, che cader potesse ne' loro ministri, si è stabilito, che oltre l'attestato del computista, si faccia un biglietto diretto o' alla nostra congregazione, o al deputato eletto per tal carcerato, tanto dalli deputati di essi luoghi più quanto da' principi, o cavalieri da cui restar possa maggiormente assicurata la medesima congregazione del debito di pigioni contratto dal carcerato.

Oltre la locazione, da cui proviene l'origine del credito, e debito rispettivamente, dovranno i nostri deputati riconoscere gli atti, se sono stati legittimamente eseguiti, e se il mandato è stato spedito giusta la somma precisa già specificata, e giurata dal creditore, ed a tenore della locazione, e delle ricevute in conto, quali dovranno egualmente prodursi acciocchè si riconosca la certezza, e verità del debito, per cui si è venuto alla carcerazione. Il notajo poi da noi salariato dovrà usare tutte quelle diligenze, ricerche, ed attenzioni, che è stato sempre solito per lo passato usare, tanto rapporto al buon ordine di dette scarcerazioni, quanto nel riportare da' creditori li dovuti consensi per la liberazione, con inserire i

De congregatio-  
nibus habendis  
occasione libe-  
rationum a vi-  
culis.

consensi in un libro da riporsi in archivio unitamente con gli altri.

E perchè può facilmente accadere nel decorso dell' anno oltre le suddette quattro congregazioni preparatorie a ciascuna delle due scarcerazioni, occorrono anche de' casi, ne' quali per bisogno anche della nostra archiconfraternita sia necessario convocare la congregazione, così sarà in arbitrio di monsignor prefetto quella intimare per meglio regolare gli affari, e le circostanze, che accader possono.

Dovranno anche in tali congregazioni intervenire tutti i ministri salariati, e dovranno altresì tutti i deputati incaricati delle loro rispettive incombenze esattamente riferire su ciascuna di esse, ed in particolare sulla retta amministrazione delle rendite alla nostra archiconfraternita spettanti; che se qualche ministro sarà trovato mancante, o poco diligente ne' suoi doveri, si ammonisca prima discretamente, ma riconoscendosi moroso, e contumace sia in arbitrio della congregazione rimuoverlo, e surrogarne un altro in suo luogo, come si è detto di sopra.

In tutte le aggregazioni de' nuovi deputati, in tutte le elezioni de' ministri salariati, come anche in tutto altro che richieder possa l'approvazione, ed il consenso universale della piena congregazione si stima meglio prescrivere l'uso del bussolo, come più pacifico, ed alieno da qualunque distinzione, colla preventiva distribuzione a ciascuno de' deputati delle palle bianche, e nere acciocchè possa ognuno porre in esso bussolo quella palla, che crederà secondo la sua coscienza, pregandoli su di ciò a soggliersi di qualunque passione, o spirito di partito, ed avere soltanto a cuore il vantaggio della nostra archiconfraternita, ed il servizio maggiore de' poveri debitori carcerati, per cui è stata principalmente istituita essa archiconfraternita; e trovandosi eguaglianza de' voti si corra di bel nuovo fino alla terza volta il bussolo, e quando anche in questa si trovi la stessa eguaglianza, si rimetta l'elezione all' arbitrio di monsignor prefetto.

Prima di dar principio alle suddette congregazioni s' invochi secondo il solito il divino ajuto con quelle preci descritte sul principio di questo nostro statuto; e si rinvoc-

chi la suddetta divina invocazione parimenti nel fine, come è ivi appresso stampato con recitare un *de profundis* per le anime de' nostri benefattori defonti, e deputati.

## CAPITOLO XIX.

### *Delle limosine ritratte dalli predicatori della quaresima.*

§. 26. Dovrà da monsignor prefetto distribuirsi a ciascun nostro deputato il numero di due, o tre predicatori di Roma, e dovrà altresì esso deputato portarsi dalli predicatori destinati, supplicandoli a volere fervorosamente in una delle prediche, che gli sembrerà più opportuna raccomandare alla pietà de' fedeli i poveri carcerati di Roma. Ritratto poi che avrà la detta elemosina si porterà questa nella ultima congregazione solita tenersi per la scarcerazione di pasqua, ad oggetto di consegnarla interamente al nostro esattore, il quale nel dovrà tener conto esatto, giacchè esse limosine servir debbano per far tante camicie ai poveri segretanti delle carceri Nuove, e di Campidoglio, che verranno discretamente ordinate dal nostro deputato visitatore, avvertendolo di landare su ciò con tutta la più possibile economia, e risparmio, avendo sempre in riflesso la pura necessità, e bisogno di ciascuno.

## CAPITOLO XX.

### *Della distribuzione del pane.*

§. 27. Abbiamo già di sopra accennato non avere la nostra archiconfraternita alcun peso, o sia obbligazione di distribuire il pane alli poveri carcerati delle segrete. Tuttavia perchè a solo titolo di carità, ed in quei tempi appunto, che si andava questuando per la città le limosine per i carcerati da persone per tale effetto salariate, si somministrava alternativamente un giorno sì, e l'altro no due pagnotte per ciascuno. Non volendo noi nè approvare con questo nostro statuto una simile distribuzione; nè quella affatto togliere, dopo matura riflessione stabilito abbiamo, che si tolleri per ora la distribuzione suddetta a proporzione però delle nostre entrate. Imperocchè vedendosi presen-

De elemosynis collectis a predicatoribus tempore quaresimae.

De panis distributione.

temente crescere tutto giorno in gran copia il numero de' carcerati, ed essendo altresì mancate l'elemosine, che da' fedeli si raccoglievano in tutto l'anno, è qualche volta accaduto sbilanciare di molto le proprie finanze della nostra archiconfraternita per soccombere alla suddetta distribuzione: non sembra adunque cosa giusta, e ragionevole, che resti pregiudicato il luogo pio per un peso, che non è di sua obbligazione. E però decretiamo, che dal nostro sollecitatore alle carceri si porti ogni sei mesi da monsignor prefetto la nota del pane in tal tempo somministrato, e qualora la quantità di esso si riconoscesse eccessiva all'atto semplicemente caritativo da noi finora esercitato, convocata a tale effetto una particolare congregazione si prenda quella risoluzione, che si crederà più provvida, più discreta, e più convenevole alle occorrenti circostanze; e qualora le rendite della nostra archiconfraternita necessitasse a ciò fare, sgravarsi del tutto ancora da un tal peso, giacchè quelle anoue limosine prima a ciò destinate, sono ora svanite affatto, così che cessando la causa, cessare ancor deve l'effetto, nè le rendite, che ora possiede la nostra archiconfraternita tanto delle due scarcerazioni, quanto della casa propria hanno mai seco portato, come abbiamo detto, una simile obbligazione.

### CAPITOLO XXI.

#### *Della liberazione del condannato.*

§. 27. La santa memoria di Sisto V. in benemeranza di tanta sollecitudine nella continua carità usata verso de' poveri carcerati, di cui si fe' sempre carico la nostra archiconfraternita concesse ad essa per ispecial privilegio la liberazione ogni anno di un condannato a morte da farsi in un giorno dopo la prima settimana di quadragesima, come già di sopra si è detto, e come altresì rilevasi dal suo Breve stampato sul fine di questo statuto. In esecuzione pertanto di simile Breve apostolico osservato sempre per lo passato, disponiamo, che ritrovandosi nelle carceri Nuove, o di Campidoglio un reo condannato a morte dalla umana giustizia, fuori però di quelli delitti eccettuati in esso Breve, si faccia di quello richiesta alla santità di Nostro Signore per mezzo di

monsignor governatore, o della sacra consulta per liberarlo, ed in caso non vi fosse in qualche anno un tal reo si domandi la liberazione almeno di altro reo condannato alla galera in vita, con approvarsi, ed eleggersi l'uno, e l'altro dalla nostra congregazione a voti segreti, e per bussolo. Per maggior comodo poi della nostra chiesa, e solennità dell'atto si è pensato meglio di trasferire la liberazione suddetta o nel giorno di san. Giovan Battista, o nella sua ottava. Levato adunque, che sarà dalle carceri il liberato, e prima confessato da uno de' surriferiti sacerdoti, quale avrà anche il carico due giorni prima della confessione di istruirlo nei misteri della nostra santa religione, e ben prepararlo alla ssmā comunione; condotto poscia alla nostra chiesa in carrozza farà ivi la ssmā comunione con una breve esortazione premessagli da uno de' sacerdoti suddetti, e dopo il dovuto ringraziamento, consegnatigli scudi tre per limosina, si dimetterà in pace, con rogarsi dal nostro notajo l'atto di simile liberazione, e riportandosene il rogito nel nostro archivio.

### CAPITOLO XXII.

#### *Delle sagre funzioni solite farsi in chiesa*

§. 28. Oltre le due messe solenni secondo il solito di Natale, e Pasqua, ed oltre l'altra messa nel giorno di san Giovan Battista titolare della nostra chiesa, soglionosi anche fare tre anniversari con messa cantata de' morti, una per i fratelli defonti entro l'ottava de' morti, e le altre due per i sommi pontefici Gregorio XIII., e Sisto V. nostri benefattori. E noi però abbiamo stimato troppo giusto, e convenevole aggiungervene un altro per la sac. memoria di Clemente VIII. stato ultimo, ed esimio benefattore della nostra archiconfraternita. Dovranno alle suddette esequie intervenire in chiesa i soli deputati nelle panche a ciò destinate in abito lungo, e da città, non escludendo l'abito militare. Dovranno altresì restare esclusi tutti i ministri salariati, a' quali si consegnerà in sacrestia una piccola candela, qualora però v'intervehgino di persona, senza che possino mandare a prenderla da altri. Si suole ancora ogni anno fare la solenne esposizione delle quarant'ore, con

De sacris functionibus celebrandis

celebrare eziandio due messe cantate da uno de' nostri deputati canonici, cioè una quando si espone, e l'altra quando si ripone il santissimo Sacramento, ed in ambedue queste messe dovranno parimenti intervenire i soli deputati con portare parte di esse le aste del baldacchino, e parte le torcie dietro al venerabile in abito talare, come si è già detto di sopra.

Supplicatio  
pro obtinenda  
confirmacione  
statutorum.

§. 29. Cum autem sicut eadem expositio subungebat, quo firmiter prædicta statuta subsistant, ac serventur exactius, ea per Nos confirmari, et approbari dicti exponentes plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportuna providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

Tenor confir-  
mationis apo-  
stolice.

§. 30. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, omnia, et singula statuta præinserta auctoritate postolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjuicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Clausula salu-  
tatis, et irritan-  
tes.

§. 31. Decernentes easdem præsententes literas, ac statuta præinserta semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et intègros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 32. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et

formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis, quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima octava septembris millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

LXIII.

Consecratio R. P. D. Caroli Bellisoni episcopi Tyanensis, et nuncii apostolici ad tractum Rheni.

Dot. die  
24 septembris  
1775.  
Anno I.

§. 1. **E**ternus Deus Pater, dives in omnes, qui invocant illum, fecit tecum, venerabilis frater, secundam misericordiam suam, suscitans te, ut sederes cum principibus populi sui, unigenitus filius, Christus Jesus redemptor noster ea, qua apostolos, dilectionis significatione per ministerium Nostrum vocavit te tamquam Aarôn, ut pontifex fieres; Sanctus Spiritus per impositionem manuum Nostrarum in te mirabili quodam modo descendens, atque in te manens, posuit te episcopum regere Ecclesiam Dei; tota denique Trinitas, Deus unus, signum consecrationis episcopalis tanta amoris dignatione in te est operata, ut gratissimo animi tui sensu exultans in voce jubilationis cum propheta clamare omnino debeas: *non fecit taliter omni nationi.* Vide, venerabilis frater, quanta in hoc uno sint beneficia, quamque magnificaverit Deus tecum facere hac sacra die inaugurationis tuæ. Nos etiam Dei æmulatione singularis erga fraternitatem tuam paternæ Nostræ charitatis testimonium exhibere non dubitavimus, qui tibi manus Nostras imponere, ac pontificii sacramentum, effuso benedictionis unguento, impertire per Nos ipsi voluimus. Te decoravimus

Procurator.



titulo archiepiscopalis ecclesiae Tyanensis, quae, quamvis sub Turcarum jago miserrime luceat, illustris est tamen, et in ecclesiasticis monumentis apprime commendata. Nam et episcoporum, qui illam administrarunt, sanctimonia floruit; *Theodori* vero potissimum, quem *omnibus virtutum numeris absolutum* nominat s. Gregorius Nazianzenus, (1) cum quo illi erat frequens et amoris plenum literarum commercium; et splendidissimis ornata est plurimorum martyrum triumphis, *Orestis* praecipue, fervente Diocletiani persecutione. Memorabilis etiam est ob catholicam in ea metropoli celebratam synodum, cuius patres, primae hujus et apostolicae Sedis auctoritatem venerati, *Eustathium* Sebastensi suae cathedrae promptissime restituerunt. Denique flagrantissimo fidei ardore, priscis illis temporibus incensa urbs, et ecclesia Tyanensis, meruit praee omnibus *Christopolis* appellari. (2)

§.2. Ad hujus igitur ecclesiae archiepiscopalem dignitatem tu Nostra voluntate proventus es, ut ante oculos posita praedecessorum tuorum tam egregia exempla, tamquam propria ad virtutem incitamenta habeas, quibus, assiduis veluti stimulis, impulsus in latissimo illo, in quod Nos te inducimus, laudis spatio ita excurras, eas animi vires expromas, ut etsi ab illa ecclesia remotus, in te tamen, tuisque actionibus vetera illius merita hoc tempore cum ejusdem nomine renovata esse videamus. Legatione pro Christo fungi debes; ac *b. Petri apostoli Sedis*, quae *episcopis omnibus sacerdotalis mater est dignitatis*, fidem, auctoritatemque ad tractum Rheni nuncius Noster custodire, atque tueri. Hinc profecto intelligis, quanta excellere te oporteat tum morum sanctitate, et gravitate, tum prudentia, atque doctrina; et quanta sit Nostra de tua virtute expectatio, cui videlicet in praecipuam sollicitudinis Nostrae partem vocato summam Nostrae potestatis munus non exiguum concedere non veremur, atque apostolicae hujus Sedis dignitatem sustinendi officium tam libenter committimus.

(1) *Epist.* 83.

(2) *Baron. in martyr. ad 9. novemb. Terzi Syr. sac. lib. 1. cap. 68. Labbe concil. tom. II. ad an. 365. Le Quien orient. Christ. tom. I., et in notit. veter. Graec. apud eundem.*

§.3. Nam si unumquemque episcopum oportet esse irreprehensibilem, atque in lege Domini doctissimum, ut potens sit exhortari in doctrina sana, et eos, qui contradicunt, arguere; si tanta debet esse conversatio, et eruditio pontificis, ut veritatem mente concipiat, et eam toto habitu resonet, et ornatu, ac quidquid agit, quidquid loquitur, doctrina sit populorum; tanto profecto excellentiore virtute, et doctrina ampliore ceteros debes superare, quanto pluribus et agnis et ovibus praeesse dignosceris. Neque enim mitteris ad unam civitatem, ad populum unum, sed ad multas gentes, ad episcopos multos, magnos sacri Romani imperii principes et electores, ad abbates plurimos, quorum dignitas, accessione etiam civilis potestatis plerumque oratio efficitur, nempe ut Nostro, et apostolicae Sedis nomine ex iisdem, tamquam ex vinea Domini electa, apostolicis tuis laboribus exculta, atque irrigata sudoribus, fructus percipias ad divinae gloriae incrementum uberrimos.

§.4. Originem hujusce ad tractum Rheni legationis non possumus sine acerbissimo animi sensu mente repetere, quia repetenda ab iniquissimo scelere Gebardi Truchses archiepiscopi Coloniensis, quem sacrilego connubio junctum cum sanctimoniali Agnete Mansfeld, Gregorius XIII. antecessor Noster pontificio suo decreto exauctoravit, dirisque devovit. Atque haec causa fuit, cur non, ut antea, extraordinarius nuncius, solum pro re nata, ac temporum necessitate ad eas regiones legaretur, uti anno millesimo quingentesimo septuagesimo nono contigit, cum ad pacem ineundam inter Belgas et Philippum II. regem Hispaniarum missus eo fuit Jo: Baptista Castanea, qui postea sub Urbani VII. nomine, summum gessit pontificatum; sed ab eo tempore decerneretur, ut iis in regionibus ordinarius nuncius, constituto sibi ibidem domicilio, resideret, qui sua praesentia aut mala praecaveret, aut certe, nulla interposita mora, repararet. Primus, qui hunc in modum ablegaretur, fuit Joannes Franciscus Bonomo episcopus Vercellensis, qui etsi illustriorem tunc gereret nunciaturam apud Caesarem, attamen religionis amore magis incensus, quam honoris claritate commotus, istam alacriter suscepit, quae etiam hodie latissimis protenditur finibus, licet non mediocriter sit imminuta ob aliam postmodum a Clemente VIII. institutam

Rationes exponuntur, ex quibus gravitas pontificiae auctoritatis exoritur.

Plurima referuntur, quae pertinent ad legationem in tractu Rheni existentem.

nunciaturam in ditionibus Belgii, quæ nec re, nec nomine prius a tibi demandata dividebatur. Etenim archiepiscopus Coloniensis per se satis amplius, ac plures suffraganeos continens episcopos, quos inter magnopere eminet cum utriusque gladii potestate episcopus et princeps Leodiensis, minima est ejusdem legationis pars; cum in eadem alii plures amplissimi episcopatus contineantur, inter quos præcipui sunt Moguntinus, Trevirensis, Spirensis, Vormatiensis, Osnabrugensis, Paderbonensis. Ipse etiam episcopus Augustæ Viodelicorum, urbis in tota Germania celeberrimæ, quamquam Viennensi adscribatur legationi, attamen tuam sæpe requirit operam, vigilantiam vero semper exoptulat. Quid commemorare opus est tot monasteria virorum, ac mulierum, quorum plura magnitudine, antiquitate, opulentia, numero in magna sunt celebritate; nonnulla civilis etiam dominationis splendore excellunt? Nullus esset dicendi modus, si cetera omnia, magna ea quidem atque illustria, quæ legationis tuæ finibus comprehensa sunt, verbis nunc prosequeremur. Quamodrem illud considera, venerabilis frater, quam promptum ad labores, quam zelo ecclesiasticæ disciplinæ incensum hinc discedere te oporteat, ut his quasi armis instructus apostolicæ legationis onus sancte, et ex omnium utilitate sustineas, honorem vero egregie, et pro dignitate tuearis.

§. 5. Sed peculiari tua animadversione, ac sedulitate dignissimum arbitramur archigymnasium illud Coloniense, quod quoniam ab Urbano VI. prædecessore Nostro est institutum, ab hujus sanctæ Sedis nutu, auctoritateque pendet, atque adeo apostolici nuntii jurisdictioni immediate subiectum esse dignoscitur. Dux igitur, ac præfectus studiorum illorum es futurus, quæ si bene, si ad catholicæ religionis normam directa fuerint, si cum ingeniorum moderatione rite ac diligenter exulta, præclare actum erit non cum illa solum Coloniensi ecclesia, sed et cum ceteris legatione tua comprehensis, utpote quæ uti locis, ita moribus, studiis, ac voluntatibus non admodum sint disjunctæ: sin minus, quid non formidandum esse prospicimus, præsertim cum ea loca hæreticorum frequentia sint refertissima? Atque equidem ex perversa studiorum ratione non possumus non vehementer dolere ortam in illis regionibus eam librorum copiam, quibus nonnulli, qui

tamen videntur catholico nomine gloriari, ac insuper etiam ecclesiasticæ dignitate fulgere, universam Ecclesiæ hierarchiam subvertere, atque in hanc sanctam Sedem, in qua *beati Petri apostoli vivit potestas, et excellit auctoritas*, armis omnibus conversis, profligatos dudum errores subdolis artibus instaurare conati sunt. Homines nimirum immoderati, atque arrogantis ingenii, et continua novitatum prærigine incitati, ac ventosa sapientia carnis inflati, ea scripserunt, docuerunt, et evulgarunt, quæ plurimorum manibus avide teruntur, et maximo cum pacis, unitatis, et disciplinæ ecclesiasticæ detrimento fere omnium linguis audacissime prædicantur. Quod si tantam perniciem merito lugemus in provinciis a Germania disjunctis, quantam timemus factam esse stragem ipsis in locis, in quibus ea nata contagio est, adolevit, vires sumpsit, ac retusa theologorum scriptis, superbum iterum, tertio, ac sæpius extulit caput, interire parata in auctoribus, non respiscere, ut semper vivat in alumnis.

§. 6. Quæ omnia cum ea, qua par est, attentione expendimus, quemadmodum muneris, quod tibi commendamus, gravitatem ostendunt, et difficultatem; sic multam, quam in te uno, tuaque virtute repositam habemus fiduciam, satis demonstrant. *Solicite igitur cura* (suavissima Pauli verba tecum usurpamus) *solicite cura te ipsum probabilem exhibere Deo operarium; inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis*. (1). Hoc primum sit, atque præcipuum; deinde *magis operando, quam loquendo proficies, quia major est splendor operis, quam sermonis* (2). *Argue, obsecra, increpa, semper tamen in omni patientia, et doctrina* (3), ut in omni tua actione illa supereminet charitas, quæ *divisa jungit, et conjuncta custodit; humilia sine timore subrigit, erecta sine dejectione submittit* (4). *Ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem per fidem, quæ est in Christo Jesu* (5). Hisce ergo utere tamquam quotidiano cibo; est enim utilis omnis scriptura *divinitus inspirata ad docendum, ad ar-*

Confirmantur  
monita, aucto-  
ritatibus, et  
patrum sen-  
tentis.

Monita ad no-  
vum legatum,  
ut munus sibi  
concredidit,  
digne substi-  
neat.

(1) II. ad Timoth. II. 15.

(2) II. ad Timoth. IV. 2.

(3) S. Bruno Asten. in Matth. num. 12.

(4) II. ad Timoth. III. 15.

(5) S. Greg. M. epist. 47. lib. 2.

guendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus (1). Numquam quæras, quod utile tibi est, sed quod multis, ut salvi fiant (2); tum ne vituperetur ministerium nostrum (3), tum ut fidelis inveniariis dispensator mysteriorum Dei. Os Nostrum patet ad te, venerabilis frater (4); cor Nostrum dilatatum est; nec finis esset dicendi, quando non est finis amandi.

Quæ esse debeat agendi methodus indigitatur.

§. 7. At quoniam vel ipsi multiplices sacri ritus, quos in hac tua consecratione hactenus adhibuimus, angustos Nobis faciunt dicendi terminos, illud, venerabilis frater, mente repositum habeto: Nobis id animo firmissime esse constitutum, ut sint Nobis administri, et cooperatores in sollicitudine ecclesiarum, quales voluit s. Bernardus pontificis coadjutores esse debere: qui nempe sint in iudicio recti, in consilio providi, in jubendo discreti, in disponendo industrii, in agendo strenui, in loquendo modesti, in adversitate securi, in prosperitate devoti, in zelo sobrii, in misericordia non remissi, in otio non otiosi, in hospitio non dissoluti, in convivio non effusi. . . . ubique, et in omnibus circumspecti. . . . Qui orandi studium gerant, et usum habeant, ac de omni re orationi plus fidant, quam suæ industriæ vel labori. . . . Qui ad Nos redeant fatigati quidem, sed non suffarinati, simul et gloriantes non quod curiosa, seu pretiosa quæque terrarum attulerint, sed quod reliquerint pacem regnis, legem barbaris, quietem monasteriis, ecclesiis ordinem, clericis disciplinam, Deo populum acceptabilem (5).

Conclusio.

§. 8. Hujusmodi te esse venerabilis frater, non dubitamus; permanensurum maxime confidimus; reversurum autem ad Nos, ut meritorum laude onustum, sic Deo gratiorem, et hominibus, ut sis gaudium, et corona Nostra semper in Domino Jesu Christo. Amen.

(1) I. ad Corinth. X. 33.

(2) Ibid. III. 16. 17.

(3) II. ad Corinth. VI. 3.

(4) Ibid. VI. 11.

(5) S. Bernardus de Confid. l. IV. c. 4.

## LXIV.

Dat. die  
17. octobris  
1775.  
Anno I.

Confirmatio instituti, et regularum congregationis discalceatorum ssimæ Crucis, et passionis Domini nostri Jesu Christi.

Pius episcopus

servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **P**ræclara virtutum exempla, quæ supremus sanctitatis auctor in sua Ecclesia identidem instaurare non desinit, in illis potissimum elucent, qui divinæ gratiæ ducti mundi illecebris abdicatis, optimam partem elegerunt, et sub regulari disciplina apostolicæ vitæ instituta sectantes, non solum propriæ, sed aliorum etiam æternæ saluti se profuturos pollicentur, eosdemque Romani pontifices prædecessores Nostri, tamquam in sinu fovere, et opportunis adjumentis, quibus in suscepta evangelicæ perfectionis via facilius, ac securius progrediantur, semper augere studuerunt. Propterea Nos, divino consilio ejusdem catholicæ Ecclesiæ regimini præsidentes, omnem curam impendimus ad tuendam regularis disciplinæ firmitatem, novisque operariis in illa constitutis, regulas, quæ post maturum, diuturnumque examen opportuniores habitæ sunt, tradimus observandas.

Proemium

§. 2. Alias siquidem felicitis recordationis prædecessores Nostri, primitus Benedictus pp. XIV, orientem tunc congregationem clericorum excalceatorum Crucis et passionis Domini nostri Jesu Christi, valde proficuum futuram confidens, ut ea regi possit, et coalesceret quasdam illius regulas, et ordinationes per suas in forma Brevis expeditas literas sub datum diei xviii. aprilis MDCCXLVI approbavit; subinde vero Clemens pp. XIV cum novisset, eandem congregationem jam professorum numero auctam uberes in agro Dominico virtutum, et christianæ pietatis fructus attulisse, per suas similes, etiam in forma Brevis, diei xv. novembris MDCCCLXIX, concessas literas, statuta, regulas, et constitutiones ejusdem congregationis, una cum nonnullis additionibus, et declarationibus confirmavit, et approbavit, atque per alias literas apostolicas sub plumbo eodem anno incarnationis Dominicæ millesimo

Regulas congregationis Benedictus XIV. approbavit, easque confirmavit Clemens XIV. qui nomen imposuit, et alia præscripsit in eadem congregatione servanda.

septingentesimo sexagesimo nono, sexto kalendas decembris, pontificatus sui anno primo expeditas, eandem congregationem, et personas illi tunc adscriptas, ac in posterum recipiendas, cum domibus eis concessis, et concedendis in futurum sub speciali sua, et Sedis apostolicæ protectione recepit, et perpetuo constituit, atque institutum laudans, et approbans illorum corpus, et societatem in unam congregationem clericorum discalceatorum ssimæ Crucis, et Passionis Domini nostri Jesu Christi nuncupandam, cujus professores in quatuor votorum simplicium, videlicet paupertatis, castitatis, obedientiæ, ac promovendi inter Christifideles, venerationem sanctissimæ Crucis, et gratam memoriam passionis ejusdem Domini nostri Jesu Christi, observantia omnipotenti Deo, Ecclesiæque utilitati assidue famularentur, erexit, et instituit, aliaque statuit, addidit, concessit, atque elargitus fuit, quæ ad hujusmodi congregationis firmitatem, regimen, augmentum, et propagationem duxit impertienda.

Reservata facultate præposito generali regulas interpretandi, et declarandi, plura in posterum immutata fuerunt.

§. 3. Cumque Nobis pro parte dilecti filii Pauli a Cruce præpositi generalis dictæ congregationis, nuper expositum fuerit, juxta tam in præmissis Benedicti, quam in ambabus Clémentis prædecessoris Nostri, datam facultatem, quod in generalibus ipsius congregationis comitiis regulæ ipsæ, et constitutiones interpretari, et declarari possent; sicque autem in eis immutanda, resecanda, addenda, experientia suadente, viderentur, de his debita, ad apostolicam Sedem, relatio fieri deberet in generalibus comitiis, quæ proxime præterito mense maio, in domo sanctorum Joannis, et Pauli de urbe eidem congregationi ab ipso Clemente prædecessore concessa celebrata fuere, ipsius congregationis professores eodem Paulo præside, nonnulla ab ipsius regulis levioris momenti tollere, alia illis addere, quædam immutare, ac demum alia circa easdem declarare unanimiter cogitaverint, atque immutationes hujusmodi, nova peracta regularum collectione, propriis capitibus aptaverint.

Petitur approbatio immutationum factarum.

§. 4. Ideo pro parte dicti Pauli integrum negotium approbationis dictarum regularum ad Nos fuit humiliter delatum atque una supplicatum, ut ipsius congregationis instituto novam confirmationem addere, illamque spiritualibus gratiis, quæ ad apostolicum ministerium sanctius exequendum fidelium animabus magis proficue forent cumularem.

§. 5. Prius quam tamen in hac re quidquam deliberarem, quamvis ut accepimus, benedicente Domino, congregatio ipsa jam aucta sit, atque in dies illi sese addicant plures, qui propriæ, et aliorum saluti procurandæ sedulo vacare exoptant, nihilominus de summa religione, prudentia, et animi perspicacia dilectorum filiorum Nostrorum Caroli Victoris Amedei tituli sanctæ Prædixis a Lanceis nuncupati, et Francisci Xaverii tituli sancti Martini in Montibus de Zelada nuncupati S. R. E. presbyterorum cardinalium merito confisi, illis earumdem regularum examen injunximus, eorumque votum exquisivimus. Cumque iidem post maturum diuturnumque examen regulas ipsas expenderint, et eorum syngrapha regulis edicta, illas commendatione fuerint prosequuti, Nosque enixe rogaverint, ut regulas, et constitutiones easdem, suprema Nostra, qua pollemus auctoritate, ita confirmare, et approbare, eaque earum observantiam sancire dignaremur, quod hæc regularum et constitutionum collectio, a cunctis ejusdem congregationis alumnis attendi et observari debeat.

Subjiciuntur examini amplissimorum S. R. E. cardinalium De Zelada, et a Lanceis, qui declarant recipiendas, et approbandas esse.

§. 6. Nos itaque animo reputantes, quod congregatio ipsa eo progredietur, et habebit fructum suum in sanctificationem populorum, finemque vero vitam æternam, quo impensius pristinum servatura erit spiritus fervorem, ac illius professores arctiorem amantes, servantesque paupertatem orationibus, vigiliis, penitentiis, ac verbi Dei prædicatione, propriam salutem, et prevaricatorum conversionem, atque simul Domini Nostri Jesu Christi acerbissimæ passionis recordationem omnium mentibus infingere, erunt curaturi. Propterea piam hanc institutionem, et regulas ipsas auctoritatis Nostræ vi, ut illæ exactius serventur, quam libenter munire studemus. Dictum itaque Paulum a Cruce præpositum generalem, ejusque congregationis, et instituti professores specialium gratiarum favoribus prosequi, eorumque votis, quantum in Domino possumus, annuere volentes, ipsorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, si quibus quomodolibet innodati existant ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ex certa scientia, deque apostolicæ

Tenor pontificis confirmationis.

potestatis plenitudine in primis, tam Benedicti, quam utrasque prædicti Clementis prædecessoris, literas, super erectione, et institutione dictæ congregationis cum omnibus, et singulis gratiis, facultatibus, et privilegiis, concessionibus, et indultis in eis contentis, et elargitis, perinde ac si integer, ac de verbo ad verbum illarum tenor presentibus foret insertus, apostolica auctoritate, per ipsas præsentis Nostras literas confirmamus, et approbamus, et quatenus opus esset literas ipsas juxta integrum earum tenorem in perpetuum iisdem modo, et forma iterum concedimus, et impertimur.

Extensio prædictæ confirmationis ad decretum latum a cardinalibus deputatis.

§. 7. Porro novam hanc regularum, et constitutionum collectionem a prædictis Carolo Victorio Amedeo, et Francisco Xaverio cardinalibus expensarum, et laudatarum ita, quod illarum tenor una, cum decreto approbationis eorundem Caroli Victorii Amedei, et Francisci Xaverii cardinalium in earum finem, ac cum præsentibus quoque Nostris literis, typis fideliter imprimi, singulisque futuris etiam dictæ congregationis professoribus significari debeant, etiam perinde, ac si ipsarum regularum, et decreti prædicti integer tenor præsentibus esset insertus, earundem tenore præsentium, dicta apostolica auctoritate perpetuo confirmamus, et approbamus, illisque apostolicæ firmitatis vim, et robur adiicimus, omnesque, et singulos ejusdem congregationis professores ad plenam earum observantiam sub mulctis, et pœnis in eis inflictis teneri, et obligatos esse declaramus, ac etiam statuimus, et sancimus.

Declarationes speciales.

§. 8. Ut autem fideles, qui ad apostolicas missiones ab eadem congregationis professoribus peragi solitas, vel ad spiritualia exercitia publice in ecclesiis tradenda confluent, vel in domibus ipsius congregationis spiritualibus iisdem exercitiis per aliquot dies vacaturi, quancumque sese recipient cælestium Ecclesiæ thesaurorum participes fiant, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, et singulis Christifidelibus, quoad interessentes missionibus, publicisque exercitiis, etiam utriusque sexus; quo vero ad exercitia spiritualia in domibus præmissis peragentes virilis sexus tantum in fine missionum, ac exercitiorum spiritualium, si interea temporis vere pœnitentes, et confessi, sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum sumpserint, quoties id egerint, plena-

riam omnium peccatorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino perpetuis futuris temporibus concedimus, et elargimur. Atque insuper ejusdem congregationis professoribus, qui apostolicas missiones pro tempore peregerint concedimus, et indulgemus, quin immo præscribimus, et injungimus, ut ipsi postrema die missionum hujusmodi, postquam Dominicæ passionis memoriam assidue a fidelibus colendam, quam enixe commendaverint, cum imagine Domini Nostri Jesu Christi e cruce pendentis, quam in missionibus, ut moris est, gerunt, supra populum inibi congregatum, Nostro, et Romani pontificis pro tempore existentis nomine, benedictionem velut divinæ misericordiæ, et reconciliationis pignus impertiri possint, et debeant.

§. 9. Demum commendationi, qua dictus Clemens prædecessor in literis secundo dictis non omisit. Nos quoque animo inhærentes, Venerabiles fratres vestros patriarchas, archiepiscopos, et episcopos, dilectosque filios locorum ordinarios, in quorum diocesis, et territoriis domus, recessus, et hospitia dictorum clericorum excalceatorum erecta jam sunt, et benedicente Domino, in posterum erigentur, nec non quibus iisdem clericis disalceati de superiorum suorum licentia præcipue ad evangelica munera peragenda sese exhibebunt enixe in Domino iterum hortamur, ut illos recipiant, et ab aliis recipi faciant, atque habeant eos Nostra et Sedis apostolicæ reverentia plurimum commendatos, nec non ipsos ad annuntiandum verbum Dei, aliaque ecclesiastica et sacra ministeria, eorum regulis consentanea exercenda adhibeant. Ipsi vero clericis dictæ congregationis harum serie præcipimus, ut ipsi susceptæ institutionis memores, et eisdem patriarchis, archiepiscopis, et episcopis, ac ordinariis prædictis obsequentes in bonum catholicæ religionis, divini cultus, animarumque salutis cooperentur, et laborent.

Hortantur episcopi, alique locorum ordinarii ut fratres congregationis recipiant, et recipi ab aliis faciant.

§. 10. Præsentis autem literas, et in eis contenta quæcumque semper, et perpetuo validas, firmas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quovis alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato,

Claustræ salutaris.

et inexcogitabili, ac specificam, et individuum mentionem, aut expressionem requirentem defectu, vel ex quocunque alio capite, ac jure statuto, vel consuetudine aliqua resultante quantumvis juxta quæ ad effectum validitatis præmissorum necessariorum exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari aut ad terminos juris reduci; vel adversus illas restitutionis in integrum, reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris vel facti, aut gratiæ remedium, vel justitiæ impetrari posse, neque ipsas præsentibus sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum, aut dispositionum, generalibus revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus, per Nos, et successores Nostros Romanos pontifices pro tempore existentes, et Sedem apostolicam prædictam etiam motu proprio, ex certa scientia et potestatis plenitudine ex quibusvis causis, pro tempore faciendis comprehendere, sed semper, et omnino ab illis excipi, regulasque prædictas semper vigentes integre observari debere.

Decretum irritans, et sanctionis poenalis.

§.11. Sicque, et non aliter in præmissis omnibus, et singulis, et non alias per quoscunque iudices ordinarios, vel delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, aut vice legatos, dictæque Sedis nuntios, aut alios quoscunque quavis auctoritate, potestate, prærogativa, et privilegio fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate in quocumque iudicio, et quacumque instantia iudicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, pari auctoritate irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§.12. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostri, et cancellariæ apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis regularibus ordinibus, aliisque congregationibus, illorumque ac illarum personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decre-

tis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, aut alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut quæcumque alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores pro plene, et sufficienter, ac de verbo ad verbum presentibus insertis, et expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum omnium effectum hac vice dumtaxat latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse harum quoque serie derogamus, contrariis quibuscumque.

§.13. Ut autem præsentibus Nostræ litteræ ad omnium notitiam facilius possint pervenire, volumus, ut illarum exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si originaliter exhibitæ forent vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ absolutionis, confirmationis, approbationis, concessionis, impertitionis roboris, adiectionis, declarationis, statuti, sanctionis, elargitionis, indulti, hortationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem, anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, xvii. octobris, pontificatus Nostri anno primo.

Fides habenda transumptis.

LXV.

Dat. die  
15 novembris  
1775.  
Anno 1.

**Allocutio de pretiosa morte Hyacinthi Castanedæ Hispani, et Vincenti a Pace Tonquinensis, ordinis Prædicatorum missionariorum apostolicorum in regno Tonquini, adjuncta promotione eminentissimorum dominorum S. R. E. præbyteri cardinalis Joannis Thomæ de Boxadors, Dominicanorum ordinis magistri generalis; emi et rmi d. præbyteri cardinalis Francisci Mariæ Banditi archiepiscopi Beneventani, ac emi, et rmi domini diaconi cardinalis Ignatii Boncompagni.**

Venerabiles fratres

**§. 1.** Placuit patri misericordiarum, et Deo totius consolationis maximum angustiis Nostris levamen afferre. Meminisse vos, venerabiles fratres, non dubitamus, quanta formidine, animique trepidatione gravissimum pontificiæ dignitatis onus, in hac tanta præsertim temporum perversitate, adsumeremus. Verum divina promissione excitati; eum pro Nobis, atque Ecclesia sua pugnaturum; qui major semper est ad protegendum, quam diabolus ad impugnandum, inter tot malorum pericula, inter anxietates, et amaritudines, Deo confortante, animo non concidimus, scientes mundi hujus hospitium tristitia, ac lacrymis esse referatum, nec posse accipi dolorem, et passionum coronam, nisi præcedat in dolore et passione constantia. Illius beneficio, ad cujus nutum tempora obsequuntur, elementa famulantur, vidimus insperato copias grandescere messium, exuberare pomis arbusta, fructibus oliveta redundare, atque ita Nobis temporalis vitæ impertiri subsidia. Quanto magis, etsi irruant, aggrediantur undique hostes vineam Domini, ipse custodiet eam, ut stabilis, et immota sit fides nostra fundata super firmam petram, tamquam sponsa innixa super dilectum suum.

**§. 2.** Hujus patrocinii repromissionem nuper accepimus a Domino, qui intuens catholicam religionem innumeris agitari turbinibus, suscitavit in regno Tonquini viros fortissimos, et charitate fervidos, ut proprio sanguine de communi hoste insigniter triumphantes, novis coronis Ecclesiam decorarent. Hoc est, quod magna Nos replet jucunditate, venerabiles fratres; hoc in tanto charitatis

languore, tantaque morum corruptione præclarissimum est beneficium Ecclesiæ collatum. Hoc ipsum vobis gaudentes annunciamus, ut sitis Nostræ letitiæ participes.

**§. 3.** Literis venerabilis fratris Jacobi episcopi Hierocæsariensis, vicarii apostolici in regno Tonquini, nunciatum est congregationi Nostræ de Propaganda Fide, missionarios duos ex Prædicatorum ordine, sacrum apostolatus munus ibidem obeuntes, captos, ac detentos, catholicam fidem in regis conspectu invicto animo professos esse; ac pro ea ludibria et cruciatus perpassos, deum vitæ contemptores, mortis triumphatores cervicem intrepide carnifici præbuisse. Eorum alteri nomen erat Hyacintho Castanedæ, natione Hispano; alteri Vincentio a Pace, Tonquinensi. Prolixam episcopi Hierocæsariensis narrationem breviter vobis in præsentia referemus. Cum quinque annos Hyacinthus in Tonquino intra assignatos sibi fines in verbi Dei prædicatione, in audiendis confessionibus, ac in animarum salute satagenda versatus esset, die undecima julii anni millesimi septingentesimi septuagesimi tertii, administratis infirmo sacramentis, domum rediens, ab infideli homine suorum cohorte stipato, ipsum insequente, comprehensus, ac biduo cibi, potusque expers, huc atque illuc pertractus ad progubernatorem adducitur. Magna vis auri ad eum redimendum postulabatur, quam nemo christianorum posset persolvere. Proinde in arundineam caveam conjicitur, tam arctam, ac depressam, ut nec standi nec cubandi locus esset. Non diu post captus etiam Vincentius a Pace non dissimili immanitate simili cavea inclusus est. Hunc in modum ambo in regiam civitatem deducuntur; atque, ut palam omnibus esset, cur ita detinerentur, cuique caveæ inscribitur grandioribus literis causa, Lusitanorum legis magister: idest præceptor legis Dei, et evangelicæ doctrinæ. Ad regem ipsum deducti, ac interrogati respondent: summi Dei legem gentibus a se annunciari, ut eidem illæ famulantes in immortalis vita glorificarentur. In hac una re satis inesse criminis putatum est, ut ipsi capitali supplicio addicerentur. Quo animo operarios evangelicos hæc audientes fuisse, quid dixisse, aut egisse arbitrari? Jesu Christi imaginem Hyacinthus manu elevans, ejus divinitatem, et incomparabilem erga homines charitatem alta voce deprædicans, peccatorum veniam exposcens, flagrantissimi erga Deum

Relatio martyrii cui subiecerant Hyacinthus Castanedæ Hispanus, et Vincentius a Pace Tonquinensis.

Premium

Memoratur exorta Christi-fidelium persecutio in regno Tonquini.

amoris actus eliciens, apostolorum symbolum distincte pronuncians, beatissimæ virginis sub invocatione Rosarii præsidium implorans, septima die novembris prædicti anni millesimi septingentesimi septuagesimi tertii, tamquam ovis, quæ a lupo devoranda non gemit, non clamat, non queritur, sed tacens mortem expectat, et dentibus cedit voracitatis, capite truncatus est. Vincentio in eadem causa versanti oblata erat opportunitas feralem sententiam evadendi; regni enim leges solum missionarios Europeos, non autem indigenas supplicio afficiendos decernebant, jamque nonnulli ipsius causam iterum agi, ac recognosci postulabant. Ipse tamen socii mortis æmulatione incensus, atque invicto animo obsistens, ut communem cum Hyacintho habebat causam, ita parem sententiam habere, et pro Christo mori cupiens, eodem mortis genere, eademque die apostolatus sui cursum gloriose consummavit.

Corpora defunctorum a Christianis raptim in ecclesia tumulata sunt.

§. 4. Confertissimum christianorum agmen, qui spectaculo intererant, exemplo Tobix, qui plus Deum timens, quam regem, occisorum rapiebat corpora, et mediis noctibus sepeliebat, missionariorum cadavera collecta, in ecclesia pagi Trulinh pro ritu tumularunt. Rex ira concitatus, efferatam contra christianos publico edicto persecutionem indixit, qualem sub Romanis principibus describit sanctus Hieronymus; unde carceres opplati, pecuniæ extortæ, templa destructa, domus everæ, christianorum secessiones ad antra. Omnes tamen, devicta temporis adversitate, fame, periculis contemptis, galea salutis induti, cuncta superabant propter eum, qui dilexit nos.

Pentifis gaudium de martyrum victoria.

§. 5. Dum hæc legeremus, consolationis lacrymis, gratisque singultibus opprimebamur, videntes, quod Nostræ fidei veritas, quo magis offundi contenditur, eo lucidioribus radiis illustratur. Quæ de utroque Christi pugile ex hactenus allatis literis annunciamus, plane indicant, odio in catholicam religionem adductum fuisse tyrannum ad religiosissimos viros perimendos, eosque pro orthodoxa fide mortem pertulisse, ex quo rite consequitur, ex æquali causa, ex æquali supplicio, æqualem consummati martyrii palmam esse ab utroque reportatam.

Laudes fortissimorum hominum, qui effuso sanguine fidem in astra re satagerunt.

§. 6. Hoc fortissimorum hominum trophæum in memoriam Nobis revocat prisca illa tempora, quibus Christi fides, cum per orbem terræ pullallatura fecundius, innumerorum pene marty-

rum sanguine sereretur, in Sinarum imperium, cujus ferunt olim Tonquinum fuisse provinciam, vel ante Nestorianam infectionem, pervasit; lætamurque in Domino vehementer neque hodie deesse homines divites in virtute, qui effuso sanguine eandem fidem illic instaurare contendunt. Scimus item alios plures inventos esse, qui non multis ab hinc annis magnâ hæc martyrii laude præstiterunt; sed Hyacinthi, et Vincentii laus eo est utilitior, et fructuosior, quod sua corona, plurimis aliorum martyrum coronis addita, non solum longinquis iis partibus profuerunt, sed Nostris etiam regionibus prodesse maxime valeat, in quibus hodierna ætate christiana fides virulentis doctrinis impetitur.

§. 7. Quidquid contra nitantur catholicæ professionis aggressores intelligant sane, vel inviti necesse est, ad cetera Nostræ fidei certitudinis argumenta magnum accedere robur ex martyrum virtute, et in moriendo alacritate. Quomodo enim ad martyrium ultrò plures accurrissent, quam quibus interimendis sufficeret ipsa sævientium immanitas? Quomodo genere, atque honoribus præstantes, divitijs, et vitæ commodis affluentes ad supplicia convolasent? Quomodo fuissent tot virgines impavidæ, adolescentes intrepidi, rudes invicti, tortores conversi, nisi Deus legitimæ veritatis causa certantibus inaspectabili ratione adveniens, martyrii peregisset cursum, ut qui solus sensum, atque naturam vincere possit? Idcirco jure ac merito sancti patres docuerunt, per martyrium discere homines Christo credere; ambigentes confirmari; religionem defendi; Ecclesiam roborari.

Exprobationes in christianis professionis aggressores.

§. 8. Quapropter quanto acriores extiterunt adversariorum impetus, tanto palmæ ex ferocientibus tyrannis reportatæ, aliæ ex alijs uberiori semper germine pullularunt. Illustris de hoc est Sulpicii Severi sententia: dum omnis, inquit, fere orbis sacro martyrum cruore infectus erat, certatim gloriosa in certamina ruebatur; multoque avidius tunc martyria gloriosis moribus querebantur, quam nunc episcopatus pravibus ambitionibus appetuntur. Consonæ sunt patrum adsertiones; comprobant id ipsum sacra monumenta; apostolicarum missionum propagatio confirmat.

Fructus martyrii.

§. 9. Utinam igitur, nostrorum martyrum documento, sæculi hujus sapientes falsis renuncient opinionibus, sicut illi, pro fidei veritate, vitæ renunciarunt; et dum eos sequi non possunt per supplicia, sequantur per vir-

Monita ut Christiani fideles qui martyres per supplicia sequi non possunt sequantur per virtutum.



tutem. Unam intimo corde recogitent, quod dum martyres Nobis fidem veram duro agone commendant, afflictionem precedentium, instructionem Deus efficit posterorum; illos examinat, ut nos erudiat; illos conterit, ut nos acquirat; eorumque cruciatus nostros vult esse profectus.

§. 9. Postquam hæc vobis ingenti animi gaudio commemoravimus, oportu- num esse arbitramur iucunditatem Nostram, non sola enunciatione, sed publica etiam significatione exponere. Ideo cogitationem Nostram convertimus ad præclaram Prædicatorum ordinem, omni commendatione dignissimum, a quo, quemadmodum duo prælaudati alumni huic Nostræ allocationi iucundissimum argumentum præbuerunt; ita alii quam plurimi sanctitate, doctrina, dignitate præstantes jam dudum Nostram excitarunt devotionem, ut illius nomen assumeremus, qui Dominicanæ familiæ simul, et apostolicæ cathedræ gloriam amplificavit. Ut igitur singularis Nostræ benevolentia erga eumdem ordinem testimonium exhibeamus, eum purpura decorare statuimus, qui a viginti ferme annis tanta illi præst- cum laude, ut nullius incongruæ voluntati deserviverit magistrum, nempe Joannem Thomam de Boxadors; a quo insuper retineri volumus generale magisterium, Nostro, et Sedis apostolicæ beneplacito duraturum; periinde ac a prædecessoribus Nostris actum fuit in promotione cardinalium Cajetani Justiniani, Gallamini, et Piptæ, qui omnes simili honore decorati, in generalitio Prædicatorum magisterio una cum cardinalatu perstiterant.

§. 10. Præterea ut animi Nostræ lætiti- am quisque cumulatus comprehendat, declarare intendimus duos alios collegas vestros, quos in pectore reservavimus in consistorio secreto habito die 17. Julii correntis anni: alterum Franciscum Mariam Banditi, archiepiscopum Beneventanum: alterum vero Ignatium Boncompagni, pro-legatum Bononiæ. Habemus in primo egregia merita in gesto episcopatu montis Falisci, et in generali præfectura sui ordinis Clericorum Regularium, a quibus collegium vestrum habuit cardinales non minus pietate, quam literarum scientia conspicuos, et catholica religio operarios, qui in remotissimis regionibus orthodoxam fidem disseminarunt. Splendent in alio vividum ingenium, agendi rebor, ut merito sperandum sit, quod æmulator fiat virtutum insignium ejus

Bull. Rom. Tom. V.

Ordo Prædicatorum ad quem martyres pertinebant, decoratur per nominationem cardinalis Boxadors ejusdem ordinis magistri generalis.

Aliorum cardinalium nominatio

præpinqorum, presertim utriusque Gregorii XIII. et XV., ac Alexandri VII. de hac apostolica Sede, ac Romana curia optime meritorum. Atque id conficere jam nunc possumus ab assiduo, et plane feliciter impenso ab ipso studio in exsiccatione paludium Bononiensium, per magni quidem momenti opere, quod Nos impulit, ut jampridem declaravimus; Nos illi veniam non duros, ut ab incepto, etiam post adeptum cardinalatum, desisteret; quo magis in dies de Nobis benemereri possit.

Quid vobis videtur?

§. 11. Auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum apostolorum Petri et Pauli, ac Nostra declaramus S. R. E. presbyterum cardinalem Franciscum Mariam Banditi, et diaconum cardinalem Ignatium Boncompagni. Insuper creamus presbyterum cardinalem Joannem Thomam de Boxadors, cum derogationibus, et clausulis necessariis, et opportunis, et presertim quod constitutiones, decreta, leges, usus, et consuetudines in ordine Prædicatorum vigentes non obstant præfato cardinali Joanni Thomæ in prosecutione magisterii generalis ejusdem ordinis, ut prius.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Creatio supra dictorum cardinalium

LXVI.

Dat. die 15 novembris 1775 Anno I.

Confirmatio erectionis confraternitatis Redemptionis captivorum civitatis Lucanæ

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Pietatis, et christianæ charitatis opera, quæ Salvator, et Dominus Noster Jesus Christus, cujus vices licet immeriti gerimus in terris fidelibus suis instanter commendavit, ubique cum divini cultus incremento, et animarum salute, confovere jugiter sagittantes, iis omnibus, quæ ad eorundem piorum operum exercitium conservandum, agendumque pertinent, libenter cum a Nobis petitur, apostolici muniminis firmitatem adiciamus.

Proemium.

§. 2. Cum itaque sicut accepimus in ecclesia abbatali nuncupata sancti Hieronymi civitatis Lucanæ dudum unapia, et devota utriusque sexus Christi-

Erectio confraternitatis.

X

fidelium confraternitas sanctissimæ Pietatis nuncupata sub titulo Redemptionis captivorum christianorum vulgo *del Riscatto* canonice erecta, ac instituta fuerit, ea vero, quæ a Sede apostolica approbantur, et confirmantur, firmiora sint, et exactius ab omnibus servari soleant; ideo pro parte dilectorum filiorum officialium, et confratrum confraternitatis hujusmodi Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus erectioni, et institutioni prædictæ apostolicæ confirmationis robur adiicere, aliasque in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatio  
erectionis.

§. 3. Nos igitur, qui devotionem, et piorum operum, ac divini cultus incrementum, et animarum salutem sinceris desideramus affectibus, eosdem confratres, et consorores specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, ac eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa fati, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, erectionem, et institutionem prædictas, quatenus canonice, ut præfertur, factæ fuerint, apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque apostolicæ, ac inviolabilis firmitatis robur adiicimus, ac omnes et singulos tam juris, quam facti defectus, si qui in præmissis quomodolibet intervenerint, supplemus, et nihilominus in prædicta ecclesia confraternitatem sub titulo prædicto, cujus confratres, et consorores processionaliter incedere, devota officia decantare, se se congregare, et cætera, quæ per confratres, et consorores aliarum confraternitatum fieri solent, facere libere, et licite valeant, sine alicujus præjudicio, et dummodo ordinarii loci ad id accedat assensus, auctoritate, et tenore prædictis perpetuo erigimus, ac instituiamus.

Concessio facultatis concedendi statuta licita tamen, et per ordinarium loci approbanda.

§. 4. Nec non confratribus, ac consororibus dictæ confraternitatis pro tempore existentibus, ut quæcumque capitula, statuta, decreta, et ordinationes pro salubri eorum, et confraternitatis prædictæ gubernio, ac directione, necessaria, et opportuna, licita tamen, ac honesta, et sacris canonibus, ac concilii Tridentini decretis non contraria, et per ordinarium loci examinanda, et approbanda facere, atque edere, eaque jam facta pro tempore, prout eis

videbitur, et expediens fuerit, prævia tamen examinatione, et approbatione hujusmodi mutare, alterare, corrigere, ac in melius reformare.

§. 5. Ac insuper omnia, et singula legata relicta, res, et bona quomodolibet qualificata mobilia, et immobilia per quoscumque Christifideles dictæ confraternitati per viam testamenti, donationis, aut alia quomodolibet data, et relicta recipere, illaque per eorum deputatos, sive administratores regere, et gubernare, ac administrare, et in ipsius confraternitatis, et ejus piorum operum usus convertere, ita tamen ut de receptis, et administratis per eos ordinario loci hujusmodi juxta decreta concilii Tridentini rationem reddere teneantur, libere, et licite possint, et valeant, auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

Potestas recipiendi res donatas et legatas.

§. 6. Præterea, ut dicta confraternitas sic erecta majora in dies suscipiat incrementa, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui dictam confraternitatem in posterum ingredientur, die primo eorum ingressus, si vere poenitentes, et confessi sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint plenariam, nec non tam descriptis, quam pro tempore describendis in dicta confraternitate confratribus, et consororibus in cujuslibet eorum mortis articulo, si vere quoque poenitentes, et confessi ac sacra communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti, nomen Jesu ore, si potuerint, sin minus corde devote invocaverint etiam plenariam. Ac eisdem nunc, et pro tempore existentibus dictæ confraternitatis fratribus, et consororibus etiam vere poenitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui ejusdem confraternitatis ecclesiam, sive cappellam, vel oratorium die festo principali ejusdem confraternitatis per confratres, et consorores hujusmodi semel tantum eligendo, et ab ordinario approbando a primis vesperis usque ad occasum solis festi hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et inibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus; nec non dictis confratribus, et consororibus etiam vere

Concessio indulgentiarum.

poenitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis ecclesiam, vel cappellam, seu oratorium hujusmodi in quatuor aliis anni feriatis, vel non feriatis, seu dominicis diebus per eodem confratres, et consorores semel tantum eligendis, et ab eodem ordinario approbandis, et ut præfertur, orantibus; quo die prædictorum id egerint septem annos, et totidem quadragenas: quoties vero missis, et aliis divinis officiis in ecclesia, seu cappella, vel oratorio hujusmodi pro tempore celebrandis, et recitandis, seu congregationibus publicis, vel privatis ejusdem confraternitatis ubi facienda interfuerint, aut pauperes hospitio susceperint, vel pacem inter inimicos composuerint, seu componi fecerint, vel procuraverint, nec non etiam, qui corpora defunctorum tam confratrum, et consororum dictæ confraternitatis, quam aliorum ad sepulturam associaverint, aut quascumque processiones de licentia ordinarii faciendas, sanctissimumque Eucharistiæ sacramentum tam in processionibus, quam cum ad infirmos, aut alias ubicumque, et quomodocumque pro tempore deferretur, comitati fuerint, aut si impediti, campanæ ad id signo dato, semel orationem Dominicam, et salutationem Angelicam dixerint, aut etiam quinque orationem, et salutationem eadem pro animabus defunctorum confratrum, et consororum hujusmodi recitaverint, aut devium aliquem ad viam salutis reducerint, et ignorantes præcepta Dei, ac ea, quæ ad salutem sunt docuerint, aut quodcumque aliud pietatis, et charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet prædictorum operum exercitio, sexaginta dies de injunctis eis, vel alias quomodolibet debitis poenitentibus in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

§. 7. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Volumus autem, ut si dicta confraternitas alicui archiconfraternitati aggregata jam sit, vel in posterum aggregetur, aut quavis alia ratione uniat, vel etiam quomodolibet instituat, priores, et quævis aliæ literæ apostolicæ quoad indulgentias illi nullatenus suffragentur, sed ex tunc nullæ sint eo ipso. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quinta novembris millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

Bull. Rom. Tom. V.

LXVII.

Confratribus, et consororibus confraternitatis sanctissimæ Pietatis redemptionis captivorum nuncupatæ civitatis Lucanæ indulgetur, ut lacticiniis, et ovis vesci possint quadragesimæ tempore.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **L**audabilem sane voluntatem, atque pietatem eorum Christifidelium, qui, ut alienam fratrum suorum redimant calamitatem, omnem curam, studium, operamque suam in id potissimum conferre satagunt, ut scilicet ii, qui penes tartaras nationes, non sine vitæ, et quod magis est, æternæ quoque animarum suarum salutis periculo captivi reperiuntur, quam celerrime a captivitate hujusmodi liberentur, ex pastoralis officii Nostri debito, non solum fovendam merito in Domino arbitramur, sed ut ipsorum animi promptiores, alacrioresque ad rem hanc peragendam magis magisque reddantur, illos privilegiis, et gratiis prosequimur opportunis.

§. 2. Nuper siquidem Nos per alias Nostras in simili forma Brevis expeditas literas unam utriusque sexus confraternitatem dudum canonice, ut asserebatur, ordinaria auctoritate erectam, atque institutam sub titulo, seu invocatione sanctissimæ Pietatis redemptionis captivorum nuncupatam in ecclesia abbatiæ pariter nuncupata sancti Hieronymi civitatis Lucanæ apostolica Nostra auctoritate confirmavimus, et approbavimus, ejusdemque confraternitatis confratribus, et consororibus nonnulla privilegia, facultates, gratias, atque indulgentias sub certis modo, et forma tunc expressis concessimus, et indulsimus, ac alias prout in eisdem Nostri literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

§. 3. Nunc autem confraternitatem prædictam, ejusque confratres, et consorores nunc, et pro tempore existentes amplioris favore gratiæ prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interditi, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte in-

Dat. die  
17 novembris  
1775.  
Anno I.

Laudes instituti  
redemptionis  
captivorum

Erectio confraternitatis  
et privilegia  
eisdem concessa.

Tenor novæ  
concessionis

currerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ejusdem confraternitatis nunc, et pro tempore existentibus confratribus, et consororibus, in ditione, et universo dominio Lucano tantum commorantibus, et pia opera a statutis dictæ confraternitatis in captivorum præsertim redemptionem demandata, atque præscripta, prompte peragentibus, non tamen illis, qui archiepiscopi, episcopi, et inferiores prælati, nec non cujusvis regularis ordinis professores, et quoad ecclesiasticos sæculares, qui ad sacrum presbyteratus ordinem promoti respective sint, et fuerint, nisi hujusmodi archiepiscopi, episcopi, prælati, alique ecclesiastici regulares, et presbyteri sæculares, sexagesimum ætatis annum compleverint, ut ipsi, et respective ipsæ, et eorum singuli, seu earum et singulæ omnibus tam dominicis, quam ferialibus diebus quadragesimæ, etiam dominica in Palmis, et per hebdomadam majorem nuncupatam, ovis, et lacticiniis vesci, servatis tamen in singulis feriis jejunii legibus, et unica tantum comestione in die libere, et licite possint, et valeant auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo concedimus, et indulgemus.

§. 4. Nec non dictis confratribus, et consororibus, ut dispensari possint super votis simplicibus per eos, ac eas emissis in alia pia opera rite commutandis, exceptis tamen votis solemnibus religionis, et castitatis, facultatemque prætereā, postquam dicti confratres, et consoroeres semel tantum, nunquam vero pluries, confraternitati hujusmodi nomen dederint, et in ea adscripti, seu respective adscriptæ fuerint, in toto ipsorum, et earum vitæ decursu, ac etiam in mortis articulo eligendi sibi confessarium ex approbatis ab ordinariis locorum respective reservatis, nisi eorumdem ordinariorum licentia accedat, absolvere libere pariter, et licite possint, et valeant auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur.

§. 5. Atque insuper de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, prædictis confratribus, et consororibus pia opera in eisdem statutis contenta, et expressa prompte, et ad formam dictorum statutorum adimplentibus, ut ipsi, et ipsæ de cætero perpetuis

futuris temporibus de omnibus, et singulis indulgentiis, et peccatorum remissionibus, ac poenitentiarum relaxationibus quibusvis aliis confraternitatibus, sodalitatibus, ac congregationibus in universa ditione Lucana existentibus, alias jam per apostolicam Sedem concessis, et elargitis, veluti si illarum essent confratres, et consoroeres, illisque personaliter essent adscripti, et adscriptæ, atque eadem indulgentiæ, et peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes confraternitati prædictæ sanctissimæ Pietatis redemptionis captivorum nuncupatæ specialiter essent concessæ, quæ per ejusdem confraternitatis confratres, et consoroeres nunc, et pro tempore existentes etiam animabus Christianifidelium defunctorum, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicari possint, plene, et libere fruantur auctoritate, et tenore similibus concedimus itidem, et indulgemus.

§. 6. Demum confratribus, et consororibus prædictæ confraternitatis nunc pariter, et pro tempore existentibus hujusmodi, Lucæ videlicet commorantibus, et eandem ecclesiam sancti Hieronymi; monialibus vero cujusvis ordinis, et instituti regularis existentibus, ac mulieribus, et puellis in quibusvis conservatoriis degentibus, nec non quibusvis aliis extra civitatem Lucanam commorantibus, dictæ tamen confraternitati respective adscriptis, ac pia opera in dictis statutis demandata adimplentibus, qui ecclesias, seu cappellas ab earum regularibus, seu aliis respective superioribus, et ordinariis locorum designandas devote diebus stationum urbis visitaverint, et in eis pias preces effuderint, omnes, et singulas indulgentias, et peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes alias ecclesiis dictæ urbis, in quibus dictæ stationes fixæ existunt, concessas, pari auctoritate, et tenore concedimus, ac perpetuo in Domino elargimur. Atque concessionem, facultatem, indultum, relaxationem, et elargitionem prædictas, quæ ejusdem confraternitatis confratribus, et consororibus pia opera in statutis præfatis contenta adimplentibus per præsentibus tributa sunt suffragari decernimus, et de illis, excepto tamen privilegio vescendi ovis, et lacticiniis confratribus in ditione prædicta tantum commorantibus concessas etiam confratres, et consoroeres extra ditionem Lucanam prædictam commoran-

Facultas dispensandi super votis simplicibus, exceptis solemnibus.

Extensio indulgentiarum, et privilegiorum aliis confraternitatibus concessorum in ditione Lucana existentibus.

Applicantur indulgentiæ confraternitati concessæ etiam monialibus, aliisque pia opera adimplentibus præscripta in statutis confraternitatis.

tes quotiescumque tamen pia opera præscripta ab eisdem statutis expleverint, participes esse declaramus.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub anulo piscatoris die decima-septima novembris millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

Datum die  
18 novembris  
1775  
Anno I.

LXVIII.

Confirmatio omnium, et singulorum privilegiorum eminentissimi episcopi Ostiensis, et Veliternensis super privata ejus jurisdictione in dictis civitatibus, tam in civilibus, criminalibus, et oeconomicis, exclusive ad quæcumque tribunalia urbis, etiam congregationis ad consultanda pontificæ ditionis negocia designatæ, et reintegratio jurisdictionis privativæ pro omnibus oeconomicis communis Velitarum exclusive ad sac. congregationem Boni Regiminis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Ut primum nullis meritorum Nostrorum suffragiis; sed omnipotentis Dei benignitate ad universa Ecclesiæ gubernacula admoti fuimus, statim animo perspeximus molestiarum et procellarum moles, quæ in tam periculoso, difficilique navigationis cursu Nobis undique impenderent. Quæ cogitatione deterriti prope animum abjecissemus, nisi infirmitatem Nostram jactavimus in Deum, qui imperat ventis, et mari, ac repente fit tranquillitas magna. Mox edocti exemplo

Jesu Christi, qui licet efficere posset unus omnia, quæ vellet, tamen apostolos adjuutores, ministros, operarios adhibuit ad fundandam Ecclesiam, quam acquisivit sanguine suo, et Nos multo magis in partem apostolici muneris advocavimus venerabiles fratres Nostros cardinales, ut Nobiscum se deant in puppi, et præsto sint consilio, auctoritate, fide, quorum benevolentia debere Nos plurimum nemo ignorat, et nos præferimus. Ipsi enim Nobis, licet non multo antea in eorum collegium cooptati fueramus, tamen clavum christianæ reipublicæ, et tantarum rerum administrationem tradere non dubitarunt. Quæ tamen suffragiorum pulcherrima significatio, ut in ipsis vehementius quoddam charitatis studium inflammare debet ad adjuvandam imbecillitatem Nostram, ita in Nobis gratam recordationem excitat adeo, ut nullam elabi occasionem patiamur, quin paterno affectu, et pontificia liberalitate benemeritos de Nobis venerabiles fratres Nostros prosequamur, ut quæcumque illis utilia, atque honorifica esse dignoscuntur, libentissime deferamus.

§. 2. Quos inter cum Nobis episcopalis muneris necessitudine conjunctiores sint cardinales episcopi, quos suburbicarios vocant, et præsertim episcopus Ostiensis, et Veliternensis, qui plerumque decanus sacri collegii solent esse, æquitas postulat, ut majorem quamdam rationem habeamus ejus dignitatis, quam ad totius amplissimi collegii splendorem, decus, existimationemque redundare intelleximus. Is enim ex omni temporis vetustate habet prærogativam sane illustrem consecrandi, coronandique Romanum electum pontificem, ut mirum videri non debeat, si pontifices amplioribus illum privilegiis quasi certatim cumulaverint, et eidem præsertim civitatis Veliternæ dominatum etiam temporalem, omnimodamque illius jurisdictionem quasi dono attribuerint.

Laudes decani sacri collegii, qui jus habet coronandi summum pontificem, et temporalem dominationem civitatis Veliternæ

§. 3. Sed Nos legendo comperimus, non eandem omni tempore hujus privilegii vim, ac statum mansisse, sive quod episcopus Ostiensis, et Veliternus de ea diligentia, constantiaque, qua jus illud defendi oportebat, remiserit; sive quod nonnulli magistratus, qui quod aliis conceditur tamquam sibi ereptum dolent, idem privilegium evertere conati sunt. Primum itaque Franciscus cardinalis

Vicissitudines, quibus eadem dominatio subiecit.

Pisanus eo privilegio uti negligenter desiit; sed non multo post cardinalis Johannes Moronus honorificentissimis a sancto Pio pp. V. literis die xviii. julii anno MDLXVI. in antiquam possessionem restitutus est. At contra Sixtus pp. V. anno MDLXXXIX. post mortem Alexandri cardinalis Farnesii jus temporale a spirituali prorsus abscidit, cameræque apostolicæ in perpetuum addixit; sed idem Sixtus V. quasi facti pœniteret, quod toti collegio nimis injuriosum videbatur, integram, et omnimodam jurisdictionem, administrationem, et regimen temporale reservatum voluit ad triennium Joanni cardinali Serbellonio decano simul et episcopo Veliterno, eique liberam facultatem attribuit cognoscendi privative omnes, et quascumque causas civiles, criminales meras, ac mixtas inter quascumque personas quavis dignitate fulgentes tam in curia, quam extra in quibuscumque instantiis eo plane modo, quo usi fuerant, utique sui voluere decessores.

Restitutio, et confirmatio dignitatis episcopi Veliterni.

§. 4. Jam vero imminutam episcopi Ostiensis, et Veliterni dignitatem restituit Gregorius pp. XIV. qui anno MDXCI. die xxiii. martii eidem episcopo sacri collegii decano pro tempore existenti Velitrarum regimen, et jurisdictionem temporalem commisit, et motu proprio memoratam abscissionem, et cameræ apostolicæ additionem, Sixtique prædecessoris literas revocavit. Qui etiam kalendis maii ejusdem anni ad Alphonsum cardinalem Gesualdum literas dedit, quibus sancti Pii V. privilegium confirmavit, præmissa instauravit, et ad utramque Ostiensem, et Veliternam civitates extendit. Cæteris prædecessoribus Nostri, qui Gregorium subsequuti sunt, nihil fuit antiquius, atque solemnius, quam rata, firmaque ejusmodi habere privilegia. Quippe Innocentius pp. IX. duorum mensium pontifex dicto anno MDXCI. mense decembri Gregorii literas: eademque ter confirmavit anno MDXCII. Clemens pp. VIII., bis ante, die nimirum xxiii. februarii semel post editam xviii. kalendas augusti constitutionem de Bono Regimine, die nempe xii. septembris cum privilegiis Pauli II., et IV., et sancti Pii V. relato integro dicti Gregorii literarum tenore. Paulus idem pp. V., qui congregationi Boni Regiminis formam tribuit, anno MDCXV. xix. septembris privilegia Pauli II., IV., sancti Pii V., Gregorii XIV., et Clementis VIII. li-

teris suis firmissime roboravit. Id ipsum præstitere Urbanus pp. VIII., anno MDCXXIII. xii. novembris. Innocentius pp. X. anno MDCXLVI. xxiii. aprilis. Alexander pp. VII. anno MDCLXVI. iii. septembris. Innocentius pp. XII. anno MDCXCV. xxii. novembris. Clemens pp. XI. anno MDCC. xviii. decembris. Ac demum Benedictus pp. XIV. (cujus recordatio gratissima Nobis, ac suavissima semper esse solet, quod idem Nos inter suos familiares summa benignitate asciverit, tantique pontificis commendatione, ac præclaro judicio primus Nobis patefactus est aditus ad capessendam rempublicam). Is igitur in sua constitutione: *Quantum ad procurandam*: edita xv. februarii anno MDCXXII. §. XXVI. disertissime testatus est, se nullum inferre velle detrimentum facultatibus S. R. E. cardinalis sacri collegii decani nunc, et pro tempore existentis ratione Ostiensis, et Veliternæ ecclesiarum.

§. 5. At Clementis VIII. constitutio illa, modo quam nominavimus, causa, et origo fuit dissectionum omnium, et litium, quibus majorem in modum oppugnata fuit cardinalis decani jurisdictio a duabus præsertim congregationibus, quarum altera ad consultanda pontificiæ ditionis negotia designata dicitur, altera Boni Regiminis. Et prima quidem, quo tempore Thomas Rufus, quem honoris causa nominamus, cardinalis decanus erat, et simul episcopus Ostiensis, et Veliternus, non dubitavit palam illi, et imperiose denuntiare, ut transmitteret quosdam criminum processus. At cardinalis libero, et recto animo præcise negavit. Sed cum pontifex id tum oportere per literas cardinalis secretarii status declarasset, pontifici imperanti paruit, præterea nemini. Altera autem congregatio literas dedit; edicta vulgavit; tabellas datiorum communis sibi transmittendas edixit, accepit, rexit, auxit, et minuit. Hæc vulnera cardinalis decani jurisdictioni inflictæ sunt ab administris congregationis Boni Regiminis, qui præcipue didicisse videbantur litigandi rationem, et vias. Etenim preces datæ sunt recem. Clementi pp. XIII. prædecessori Nostro, et principi in Nos munificentissimo, a quo impetrata fuit, atque inde decreta particularis S. R. E. cardinalium congregatio, una cum suo auditore, qui esset a secretis; cui præcedendæ contentioni super juris-

Lites subortæ super exercitio jurisdictionis eidem cardinali episcopo concessæ.

dictionem causis, et negotiis communitatis Velitrarum summa potestas esset. Lis diu protracta est usque ad prædecessorem sa. mem. Clementem pp. XIV., quo pontifice, propositum fuit in eadem congregatione die xxii. februarii anno MDCCLXXII. dubium: *An, et de cujus jurisdictione constet in causis, et negotiis communitatis Velitrarum?* Eaque causa, quæ æconomice potius, ut ajunt, definiri debuisset, tam vehementer pertractata est contra sacri collegii decanum, ut tacita fere omnium opinione minus fuerit comprobata. Attamen causæ cecidit cardinalis decanus, pronuntiatumque fuit decretum illud: *constare de jurisdictione sacræ congregationis Boni Regiminis ad formam constitutionum apostolicarum.* Decretum consequuta est sententia, quæ vulgata fuit xiii. julii dicti anni. Quæ tamen congregationis sententia non ita circumspecta fuit, ut spes omnis cardinali decano præcideretur suum aliquando jus recuperandi.

§. 6. Molestè tulerunt cardinales plerique omnes, in ea causa dijudicanda summum jus nimis diligenter exquisitum fuisse, non adhibitam æquitatem illam, quæ legum semper et moderatrix, et emendatrix fuit, cujus æquitatis ea præsertim vis erat in causa ista, ut habenda esset ratio dignitatis. Et quidem ipse prædecessor noster sa. mem. Clemens XIV. decretum antedictum quodammodo minus probasse visus est, ut confestim auditori suo præceperit, moneri Fridericum cardinalem Lantem congregationis Boni Regiminis præfectum, suam esse mentem, quoad Carolus Albertus Guidobonus cardinalis Cavalchinus episcopus, et decanus vitam ageret, nil prorsus de antiqua sua jurisdictione circa temporale suarum civitatum regimen esse immutandum, sed ad obitum usque omnia sarta tecta servanda, editis resolutione, et sententia non obstantibus.

§. 7. At post cardinalis Cavalchini obitum, ven. fratres Nostri Johannes Franciscus episcopus Portuensis card. Albanus decanus, tum Henricus Benedictus episcopus Tusculanus cardinalis Eboracensis sub-decanus, quibus id jus erat, Ostiensem, et Veliternam ecclesias antiquissima jurisdictione, ac suis ornamentis spoliatas, ac veluti deformatas optare, atque accipere noluerunt. Ad ipsas tamen studio quodam curandi majoris boni permotus

ascendit venerabilis frater Noster Fabritius cardinalis Serbellonius tunc episcopus Albanensis, ad quem prædecessoris Nostri jussu a memorato pontificis auditore pariter datæ sunt literæ, quibus ei potestas facta est, liberam exercendi jurisdictionem in iis, quæ pertinent ad annonam frumentariam, et oleariam communitatis Velitrarum, nec non furnos annonæ addictos, et pecuniam sive arcam ipsius annonæ. Atque hæc mandata, præscriptaque sunt, quamvis ex sententia dictæ congregationis particularis annonæ Veliternæ cura ad congregationem Boni Regiminis pertinere videretur. Non placuit tamen ipsi congregationi, quæ tributam dicto cardinali Serbellonio liberam memoratos proventus administrandi facultatem quandoque turbare tentavit.

§. 8. Nos itaque omnibus hisce sedulo perpensis, et diligenter examinatis, considerantes, nulli re ipsa convenientius, quam episcopo Ostiensi, et Veliterno plerumque sacri collegii decano pro tempore existenti, regimen temporale, et oeconomicam jurisdictionem earundem civitatum, et districtum, et territoriorum Ostiensium, et Veliternorum committi posse: non ad alieujus super hoc Nobis oblatae petitionis instantiam, sed motu proprio ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine privilegia prædecessorum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinali episcopo pro tempore existenti Ostiensi, et Veliterno fere semper decano, antea concessa adprobantes, confirmantes, et innovantes, quarum tenores pro expressis de verbo ad verbum hic haberi volumus, nimirum Pauli II., et IV., præcipue sancti Pii V. concedentium facultatem episcopo Ostiensi, et Veliterno pro tempore existenti per se, vel per alios cognoscendi omnes, et singulas causas incolarum civitatis Veliternæ, tam civiles, quam criminales, atrocibus exceptis (quam tamen exceptionem omnino delemus, et abrogatam esse volumus, atque decernimus) in prima, et secunda in ipsa civitate Veliterna, et in tertia instantia in urbe.

§. 9. Nec non aliorum prædecessorum Nostrorum Gregorii nempe XIV. qui revocavit dismembrationem factam a prædecessore Sixto V., et applicationem regiminis, et jurisdictionis temporalis cameræ apostolicæ: Innocentii IX., Clementis VIII., Innocentii XII., Clementis XI., et Benedicti XIV. dis-

Reintegratio jurisdictionis, et privilegiorum cardinali episcopo concessorum.

Revocatio dismembrationum factarum ab aliis prædecessoribus.

Servata fuit cardinalis decani jurisdictione etiam contra decretum congregationis specialiter deputatæ.

Veliternam sedem suam jurisdictione spoliata plures cardinales optare noluerunt.

membrationem, et applicationem jurisdictionis oeconomicæ, et regiminis temporalis Ostiensis, et Veliternæ civitatum factam congregationi Boni Regiminis vigore memoratarum resolutionis; et sententiæ congregationis particularis designatæ a fel. rec. Clemente XIII., et coactæ sub sa. mem. Clemente XIV. prædecessoribus Nostris, diebus, et anno præfatis, et alia omnia, et singula potissime præmissas resolutionem, et sententiam auctoritate apostolica, tenore præsentium perpetuo revocamus, cassamus, abolemus, annullamus, et irritamus; ac revocata, cassata, abolita, annullata, et irrita, nulliusque roboris, et momenti fuisse, et esse, nullique prorsus suffragari posse, seu debere, quamvis in posterum nova ederentur documenta, decernimus, et mandamus; quæ proinde haberi volumus, ac si nullo modo facta, ac lata fuissent, et emanassent.

Declara-  
tiones  
speciales

§. 10. Easdemque ecclesias Ostiensem, et Veliternam, earumque episcopum, ad regimen, et omnimodam jurisdictionem temporalem, et oeconomicam dictarum civitatum, districtum, et territoriorum cognoscendi omnes, et quascumque causas civiles, criminales cum potestate gladii, et usque ad ultimum supplicium inclusive, ac mixtas (nolumus vero quicquam pœnarum, quæ corporum afflictivæ sunt, in hac ipsa urbe executioni mandari)

Exclusio con-  
gregationis ad  
consultanda  
pontificiæ di-  
tioniis negocia

§. 11. Cæterum semota quacumque facultate congregationis ad consultanda pontificiæ ditionis negotia designatæ, et in prima, et secunda in civitate Veliterna, in tertia vero instantia in urbe, cum omnibus, et singulis arcibus, fortalitiis, palatiis, hortis, omnibusque aliis turribus, pertinentiis, adjacentiis, et annexis quibuscumque, prout episcopus Ostiensis, et Veliternus ante dictam constitutionem super Bono Regimine a san. mem. Clemente VIII., atque ante dismembrationem, et unionem vigore dictarum resolutionis, et sententiæ factam, gaudere, frui, possidere poterat, et jam ante dismembrationem, unionem, et incorporationem san. mem. Sixti V. revocatam a san. mem. Gregorio XIV. ac in pristinum, et eum, in quo ante præmissa quomodolibet erant, statum reponimus, restituimus, et private omnino ad congregationem Boni Regiminis, et alteram ad consultanda negotia pontificiæ ditionis designatam plenissime redintegramus.

§. 12. Ita quidem, ut nunc, et pro tempore existens episcopus Ostiensis, et Veliternus regimen, omnimodam jurisdictionem temporalem, et oeconomicam dictarum civitatum, districtuum, et territoriorum, cum omnibus suis pristinis honoribus, omnibus privilegiis, et facultatibus in omnibus, et per omnia gerere, et exercere possit, et debeat, perinde ac si illa ab eisdem ecclesiis dismembrata, et separata, ac dictæ cameræ et cong. Boni Regiminis incorporata, applicata, et unita, ejusque constitutio edita nunquam fuissent. Quin immo pro majori cautela prædicta omnia per præsentem, innovamus, ac denuo episcopo Ostiensi, et Veliterno concedimus, et indulgemus, et elargimur, atque ad utramque ecclesiam Ostiensem, et Veliternam, earumque civitates, incolas, populos, et subditos similiter perpetuo extendimus, et private servari mandamus.

§. 13. Cæterum ad præfocanda, ac penitus elidenda semina omnia cujuscumque controversiæ, quæ suboriri posset circa administrationem oeconomicam Velitarum, interdiximus ejusdem communitatis hominibus quibusvis, ut ne audeant ullo pacto, ulloque prætextu confugere ad congregationem Boni Regiminis, ejusque administratos, sub pœnis arbitrio præfati cardinalis episcopi infligendis; et vicissim administris, et officialibus supradictis mandamus, ut supplices eorum libellos, et instantias quascumque reiiciant, proposita iis, qui contra fecerint poena privationis officii, et aliis Nostro, Nostrorumque successorum arbitrio infligendis. Quo circa ministris, ejusdem congregationis Boni Regiminis mandamus, ne in posterum eas, quas dicunt onerum, et collectarum sive cameralium, sive communitativarum tabellas, et respective processus amplius exquirant, nec ad urbem, et congregationes ipsas transmitti postulent; sed et acceptas existentes, et hactenus transmissas tabellas post editam constitutionem, et institutam Boni Regiminis congregationem statim restitui, et consignari venerabili fratri Nostro Fabritio S. R. E. episcopo Ostiensi, et Veliterno cardinali Serbellonio, districte præcipimus; irritas, et inanes decernentes earum, eorumque ab initio fuisse transmissiones.

§. 14. Quod si aliquando contingat delictorum processus diligentiore putari dignos examine, volumus, nihil per congregationem ad consultanda

Remotio con-  
gregationis Bo-  
ni Regiminis ab  
oeconomica ju-  
risdictione in  
territorio Veli-  
ternæ diocesis

Prohibitio, et  
interditio con-  
fugiendi ad di-  
ctas congrega-  
tiones sub  
pœnis arbitrio  
episcopi reser-  
vatis.

Recursus ad  
solam sanctam  
Sedem, exclu-  
so medio, re-  
servatur.



pontificiæ ditionis negotia designatam injussu Nostro, aut pro tempore existentis Romani pontificis attentari, agique posse, sed Nobis, et successoribus Nostris dumtaxat consultis expostulari, et pontifice solum, et expresse jubente ad urbem posse transmitti.

§. 15. Præterea in virtute sanctæ obedientiæ mandamus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinali camerario, cardinalibus congregationum Boni Regiminis, et ad consultanda pontificiæ ditionis negotia designatæ, cameræ Nostræ auditori generali, thesaurario, palatii Nostri præfecto, cæterisque omnibus urbis congregationibus, et iudicibus quibuscumque quacumque jurisdictione, dignitate etiam cardinalitia decoratis, ne deinceps sine expresso oraculo Nostro, vel successorum Nostrorum similibus literis patefacto, in regimen, jurisdictionem, et administrationem æconomicam hujusmodi se se quoquomodo intromittere audeant, seu præsumant, sed regimen, et omnimodam jurisdictionem temporalem, æconomicam administrationem, et omnia alia prædicta eidem episcopo Ostiensi, et Veliterno pro tempore libere, prout ante relatam editam constitutionem super Bono Regimine, dismembrationem, unionem, et incorporationem extabant, dimittant, et relaxent, ita ut liceat dicto episcopo regiminis, et omnimodæ jurisdictionis temporalis, et æconomicæ administrationis, et aliorum præmissorum possessionem propria auctoritate, et vigore præsentium per se, vel per alium, seu alios apprehendere, et retinere, atque regimen hujusmodi, jurisdictionem, et administrationem per se, vel per alium, seu alios regere, administrare, atque exercere: constitutione sa. mem. Clementis VIII. prædecessoris, et facultatibus congregationis ad consultanda pontificiæ ditionis negotia designatæ non obstantibus, quibus in hac parte, quantum oporteat, expresse derogamus, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalem episcopum Ostiensem, et Veliternum persæpe decanum, veluti præcipuis privilegiis insignitum haudquaquam comprehendere declaramus.

§. 16. Decernentes, eadem præmissa, et alia omnia, in supramemoratis prædecessorum Nostrorum, et præsentibus Nostris literis contenta ab omnibus inviolabiliter perpetuis futuris temporibus observari, ac ita per quoscumque iudices, et commissarios

etiam ipsius cameræ, et palatii apostolici causarum auditores Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam a latere legatos, congregationes omnes, etiam illam Boni Regiminis, illamque ad consultanda pontificiæ ditionis negotia designatam, sublata eis, eorumque cuilibet aliter judicandi, et interpretandi facultate judicari, et definiri debere.

§. 17. Irritumque quoque, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate fulgente, etiam specialissima mentione digno scienter, vel ignorantèr quomodolibet contigerit attentari.

§. 18. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii VIII. de una, et concilii generalis de duabus dietis: dummodò quis vigore præsentium ultra tres dietas ad iudicium non trahatur, ac aliis apostolicis, ac provincialibus, et synodalibus concilii editis specialibus, et generalibus constitutionibus, et ordinationibus, Bullæ Clementis pp. VIII. de Bono Regimine, resolutione, et sententia a prædicta congregatione particulari sub decessore Clemente pp. XIV. vulgatis, Pii pp. IV. de registrandis, regula cancellariæ Nostræ apostolicæ, de jure quæsito non tollendo, eo quod nec citata, nec audita fuerit congregatio Boni Regiminis, facultatibus congregationis ad consultanda pontificiæ ditionis negotia designatæ, ac quibusvis aliis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, immemorabili centenariæ, et cujuscumque generis aliis generalibus, seu particularibus consuetudinibus; privilegiis, indultis, literis apostolicis prædictis auditoribus, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus etiam a latere legatis, et congregationibus sub quibuscumque tenoribus, et formis; ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie ex motu proprio, et ex certa scientia, ac alias quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, adprobatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam si de illis, ac totis eorum tenoribus specialis, specifica, individua, et expressa mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressi habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice

Decretum irritans.

Derogationes speciales, et generales.

dumtaxat, et pro præmisso tantummodo effectu in hisce Nostris literis expresso specialiter, et expresse derogantes, cæterisque contrariis quibuscumque; ita ut nunquam, nulloque tempore liceat cuiquam præsentibus Nostras literas de subreptionis, vel obreptionis vitio insimulare. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima octava novembris MDCCLXVV. pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die  
19 novembris  
1775.  
Anno I.

### LXIX.

Beatificatio ven. servi Dei Bonaventuræ a Potentia sacerdotis professi ordinis fratrum minorum Conventualium s. Francisci.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium

§. 1. Infestissimus humani generis hostis nil unquam intentatum relinquens, quo animabus Christi sanguine redemptis exitiales ubique ponat insidias; ea etiam, quæ amantissimi Salvatoris charitas dirigit ad salutem, in illarum ipse perniciem vertere sollicita calliditate conatur. Ineffabilis Redemptoris bonitas docuit angustam portam, arctamque viam esse, quæ ducit ad vitam; latam vero, quæ ad perditionem, et interitum: oportere igitur; ut laboriosum iter ingressi per tribulationes multas, quasi violenter cælorum regnum capere, enixe contendamus. Quo tamen divino monitu tepidi, desidesque fideles erigi, atque excitari maxime deberent, eo contra insidiantis daemonis astu sæpe misere deterrentur, et nimiam lapsæ, corruptæque naturæ imbecillitatem causati, fingentesque laborem in præcepto, vel pedem inferre in vias mandatorum Dei reformidant, vel vix dato gradu turpiter revocant; non attendentes omnia nos posse in eo qui nos confortat, fidei Deo, qui nec patitur nos tentari supra id, quod possumus. Verum, ut animalis homo ea, quæ Dei sunt, non intelligens, sapiat, tandem summa Dei miserentis providentia factum est, ut gloriosi cujusvis ordinis, et conditionis viri omni quoque tempore in Ecclesia surrexerint, qui fortes

in bello cum antiquo serpente in viis Domini tamquam in latitudine usque ad consummationis exitum ambulantes latum nimis mandatum Dei esse proprio exemplo cunctis ostenderent.

§. 2. In istorum sane numero censendus venerabilis Dei servus Bonaventura a Potentia, qui ab ineunte ætate in lege Domini sanctissime ambulans majores tamen in corde suo ascensiones disposuit, dum inelyti ordinis minorum Conventualium sancti Francisci disciplinam amplexus est; et novo veluti vinculo Christo vehementius obstrictus, quasi vas auri solidum ornatum omni lapide pretioso, in domo Domini enituit. Ardentissima enim erga Deum, et proximos charitate, humilitate, innocentia, cum incredibili ferme vitæ austeritate conjuncta, cæterarumque virtutum laude floruit; et quod aliis sanctis viris divina dispensatione usuvenisse novimus, ut nimirum certa quadam, reliquas inter, virtute præcellerent, ut hinc Ecclesia mirabili quadam circumdata varietate magis magisque nitesceret; id ipsum venerabilis servus Dei, Domino adjuvante, est consecutus. Obedientiam enim præclarius sibi excolendam proposuit; eamque maximam, matremque cæterarum virtutum merito prædilexit. Hac nihil unquam antiquius habuit, summumque, quoad vixit, illi jus fuit, nihil arbitrio suo agere, per omnia ad parentum primo, superiorum deinde nutum potestatemque pendere. Obedientia perpetuo duce justus ambulans, in simplicitate stultus propter Christum factus est, ut fieret sapiens, callidique hostis delusis insidiis locutus est victorias, donec cursu consummato ad paratam in cælis immarcescibilem coronam evolavit.

§. 3. Post obitum, percrebrescente fama sanctitatis venerabilis servi Dei eo tandem omnium vota perducta sunt ut confectis apostolica auctoritate processibus, et in sacra Rituum congregatione institutis de more judicii tum super vitæ sanctitate, ejusque virtutibus, tum super miraculis, quæ a Deo ut ostensam faceret servi Dei sanctitatem patrata asserbantur; riteque perpendis omnibus. sanctæ memoriæ Clementis XIV. prædecessor Noster, et heroicas judicaverit servi Dei virtutes, et miraculorum oraculo suo asseruerit certitudinem.

§. 4. Nos itaque in hac supremi apostolatus celsitudine, Dei voluntate, non quidem Nostris meritis, constituti,

Laudes venerabilis servi Dei.

Fama sanctitatis illius.

Illius cooptatio in numero beatorum.

cum, auditis cardinalium, et consultorum ejusdem sacrae Rituum congregationis suffragiis, cognoverimus, posse, quodcumque Nobis videretur, prædictum Dei servum beatum declarari, communibus etiam votis, et precibus annuentes, tenore præsentium, deque apostolicæ auctoritatis plenitudine concedimus, et indulgemus, ut idem servus Dei Bonaventura a Potentia in posterum beati nomine nuncupetur, ejusque corpus et reliquæ fidelium venerationi ( non tamen in processibus circumferendæ ) exponantur. Imagines quoque radiis, seu splendoribus ornentur; ac de eo singulis annis die xxvi. octobris recitetur officium, et missa celebretur de Comuni Confessoris non Pontificis cum oratione a Nobis approbata juxta rubricas breviarum et missalis Romani.

§. 5. Porro recitationem officii, ac missæ celebrationem hujusmodi fieri concedimus tum pro universa Franciscanorum familia, tum in civitate Potentia, in qua servus Dei ortum habuit, tum in civitate Nuceria Paganorum, ubi regularem emisit professionem, diuque versatus est, tum denique in civitate Ravelli, in qua efflavit animam, ejusque corpus remansit humatum, ab universis Christi fidelibus tam sæcularibus, quam regularibus, qui ad horas canonicas tenentur; et quantum ad missas attinet, etiam ab omnibus sacerdotibus ad ecclesias, in quibus festum peragetur confluentibus. Præterea primo dumtaxat anno a datis hisce literis inchoando in ecclesiis locorum prædictorum solemnia beatificationis ejusdem cum officio, et missa sub ritu duplici majori, die ab ordinariis constituta; postquam tamen in basilica Principis apostolorum de urbe celebrata fuerint ejusmodi solemnia, pro qua re diem xxvi. mensis novembris currentis assignamus; pariter celebrandi facinus potestatem.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac decretis de, et super non cultu editis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu secretarii supradictæ congregationis cardinalium subscriptis, et sigillo præfecti, seu pro-præfecti ejusdem congregationis munitis, eadem prorsus fides ab omnibus ubique tam in judicio, quam extra illud habeatur quæ ipsis presentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum

Boll. Rom. Tom. V.

Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decimanona novembris MDCCLXXV. pontificatus Nostri anno primo.

LXX.

Designatio, et præfinitio munerum officialium s. congregationis Concilii.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam,

§. 1. Sacrosanctam Tridentinam synodum, qua post quingentos fere annos, nec frequentia conventus, nec doctrina, et gravitate patrum, nec magnitudinæ, et difficultate questionum, quæ dogmata simul, et morum disciplinam continerent, nec studio, ac consensu principum, aliam coactamuisse illustriorem accepimus, qui de orthodoxa fide recte sentiunt habent locarcis munimentissimæ divinæ providentiæ miraculo extractæ, qua in maximis schismatum, hæresum, dissensionum periculis securitas, et in fœdissima tempestate tranquillitas christianæ reipublicæ parta est. Mille clypei pendent ex ea omnis armatura fortium, contra quos terribili hæreticorum eliduntur conatus, et ignea nequissimi hostis tela quotidie retunduntur. Neque aliter intelligendi sunt mystici illi clypei, quam canones, et decreta ipsa concilii, quæ ut semper, et diligentissime ubique terrarum servarentur, pontifices Romani prædecessores Nostri pro ea potestate, quam ipsis Deus maximus tribuit, magno studio, vigilantiaque curarunt; optime intelligentes, ex ea observantia maximas in christianam rempublicam utilitatem redundare.

§. 2. Itaque operæ pretium facturos arbitrati sunt, si Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium congregatio constitueretur, quæ de omnibus causis ad hoc concilium pertinentibus cognosceret, nodos questionum solveret, difficultates explicaret, ac decreta, consulto pontifice, interpretaretur. Cujus quidem congregationis præfectus cardinalis bonæ mem. de Rubis, cum comitiorum tempore e vita excesserit, Nos, et publicæ totius Ecclesiæ utilitati, et private ipsius congregationis dignitati, ac splendori egregie consultum iri existimavi-

Dat. die 27 novembris 1775. Anno I.

Præstantia sacrosanctæ Tridentinæ synodi.

Erectio congregationis, quæ cognosceret de omnibus causis ad hoc concilium pertinentibus; easque, consulto pontifice, definiat.

Concessio recitationis missæ, et officii cum suis declarationibus.

Derogatio contrariorum.

mus, si primis Nostræ ad apostolatam assumptionis diebus præfectura illa dilecto filio nostro Carolo Victorio Amedeo tituli sanctæ Praxedis S. R. E. cardinali a Lanceis nuncupato committeretur. Atque is quidem, cum sit mirifico quodam pietatis, et religionis studio incensus, ac præterea excellenti prudentia, multiplicique doctrina rerum divinarum ornatissimus, statim circumspiciens, et quasi peritus architectus perlustrans diligentissime partes omnes ejusdem congregationis, animadvertit aliquid vitii inhærescere, quod illius venustati officere posse videretur.

Minores officiales s. congregationis ab usum induxerunt aliquid exigendi ab iis, qui ad congregationem conseruiunt.

§ 3. Id autem est ejusmodi, quod minores officiales congregationis, cum pro immutata temporum ratione stipendia satis exigua sibi antea assignata vix suppetant ad vitam sustentandam, consuetudinem, sive ab usum potius facile iaduxerunt, ut officii, et laboris obteat aliquid vel certum, vel incertum ab iis, qui ad congregationem conseruiunt, quandoque exigere non dubitent. Quare pro parte ejusdem dilecti filii nostri Caroli Victorii Amedei cardinalis Nobis fuit humiliter supplicatum, ut huic malo, antequam radices ageret, occurrere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur attendentes nihil profecto esse, quod, etsi legibus, sanctionibusque munitum sit, a lubrica tamen, malorumque omnium effectrice cupiditate novis quotidie artibus, coloribusque, si quicquam a consuetudine majorum deflectatur, perverti, atque corrumpi non possit, maximeque interesse eos, qui operam in hujusmodi muneribus locant, vacuos plane, ac liberos ab omni vel minima suspitione avaritiæ, pravæque affectionis, nedum corruptelæ esse debere, ut clarius etiam innotescat perpetuum, sincerumque Nostrum, et sanctæ hujus Sedis studium pro religiosa prædecessorum Nostrorum constitutionum observantia, simulque quæsitus quivis prætextus adimatur cuilibet usui, aut consuetudini, quibus præclarissimæ hujus congregationis officiales suam quandoque in expediendis negotiis temporalium lucrorum cupiditatem obtegere, aut excusare quovis modo contenderent; nec non laboriosam operam, quam iidem officiales in suis quisque muneribus exercendis præstant, uberiori gratia, ac benevolentia complecti volentes, stipendia, quæ hactenus, eisdem solvi consueverunt, nunc, donec alias Nobis decernere visum fuerit, ita augeri volumus, ut

ad congruum vitæ subsidium nihil desit.

§ 4. Mandamus propterea, ut singulis officialibus prædictis pendantur unoquoque mense scuta juliorum decem, primo quidem officiali viginti quinque, alteri vero, et tertio quindecim, quarto decem, quinto demum (quem nunc, ut priorum labores subleuimus, de novo addimus) quinque, directis, et subscriptis a cardina<sup>li</sup> præfecto, seu a secretario mandatis, seu ordinibus ad provisores montis Pietatis, in quo quidem monte tota summa octingentorum quadraginta scutorum ipsis congregationis officialibus debita in posterum deponenda erit.

Pro remouendo ab usu augentur stipendia officialium

§ 5. Ipsi quoque officialibus sic de certo, et sufficienti emolumento benigne provisus, volumus, atque districte prohibendo iubemus, ne ii de cætero quicquam pro quibuscumque negotiis ad ipsam congregationem quomodolibet spectantibus a quouis, etiam prætextu cujuscumque consuetudinis, etsi inueteratæ, petere, et exigere, etiam sponte oblatum recipere audeant, aduersusque eos, si in hæc Nostras litteras peccasse comperti fuerint, omnes, et singulas canonicas leges, et Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum constitutiones contra dantes, et accipientes latas, atque editas, cum omnibus item, et singulis pœnis per eas indictis, perinde ac si decreta omnia in præmissis contenta, eorumque pœnales sanctiones præsentibus Nostris literis de verbo ad verbum insertæ forent, per easdem præsentibus approbamus, confirmamus, et innovamus, decernentes, ac declarantes, prædictis omnibus legibus, ac pœnis subijci, ac subjectas censi omnes, et singulas personas, quæ hujusmodi congregationi inseruiunt cujuscumque gradus, et conditionis existant, qui præter congruum, atque assignatum stipendium, quo solo contenti esse debeant, aliquid aliud etiam sponte oblatum, ut præfertur, a partibus, aut aliis, sive pro expeditionis celeritate, sive pro alio extraordinario labore tam procurando, quam scribendo, aut recognoscendo, aut examinando in ejusdem congregationis secretaria, aut archiuo, vel extra capere, sive exigere possint.

Prohibito recipiendi quicquam etiam sponte oblatum.

§ 6. Itaut quicumque contra hanc Nostram voluntatem deliquerit, statutas in ipsis pœnas incurrant, cum effectu multari debeant, et puniri, non obstante quolibet usu, aut consuetudine, quam quidem Nos ut ab usum minime

Pœnas irrogantur contra delinquentes

ferendum, et qui præscribi numquam possit, damnamus omnino, atque proscribimus. Utque inviolabili harum Nostrarum literarum observantiæ, quantum cum Domino possumus, consulamus, præcipimus, atque mandamus, ut moderni officiales infra mensem a data earumdem, et qui deinceps subrogati fuerint, antequam ad suum obeundum munus admittantur, in manibus cardinalis præfecti, vel, eo a curia absente, aut infirmitate impedito, illius cardinalis, qui in congregatione antiquior fuerit, super omnimoda hujusmodi observantiæ sancte jurent. Declarantes insuper eos, qui adversus juramentum hocce (tametsi id speramus in Domino numquam eventurum) aliquid vel minimum a partibus, sive ab aliis quovis prætextu recipere ausi fuerint, officio privatos ipso facto censi, cæterisque pœnis, et censuris subjici debere, quæ contra violantes juramentum, et contra dantes, vel recipientes pro gratia, vel justitia in curia sancitæ sunt.

§. 7. Xenia vero illa, etsi in pecunia, tenuissima tamen, esculenta, et poculenta, quæ hujusmodi officialibus tum mense augusti, tum recurrente sacro Natali die Salvatoris nostri Jesu Christi, quolibet anno contribui consueverunt, et solent, præsentibus literis minime prohibita esse, nec prohiberi decernimus, dummodo tamen sponte oblata tantum recipiantur, non autem veluti officio debita exigantur, receptæque in pecuniis strenæ inter eodem officiales juxta uniuscujusque gradum, et prærogativam, et servatam hactenus partitionem dividantur.

§. 8. Cæterum ad occurrendum dubiis, quæ facile oriri possent, harum serie declaramus, quod, communicato semel cuivis petenti, et quidem gratis omnino, et sine ulla prorsus mercede, exemplari cujusvis generis documentorum, quæ in secretaria congregationis pro tempore habentur, si forte alterum, vel tertium, et sic deinceps exemplar a partibus exposcatur, merces quædam honesta quidem, ac moderata ab officialibus præfatis exigere valeat.

§. 9. Quod si eveniat, authentica, quæ requiruntur, documenta in tabulario adservari, quod dilectus filius Noster Franciscus Xaverius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis de Zelada, cum secretarii ejusdem congregationis munere summa cum laude fungeretur, in palatio Nostro Vaticano erigi, et con-

stitui curavit, officiali tum pro itineris incommodo, tum pro scripturæ labore, quam per seipsum diligenter, ac fideliter conficere, et conferre debet, mercedem operi convenientem ut exigat, utpote rationi, et æquitati consonum, concedimus, atque permittimus. In qua tamen mercede percipienda caveant omnino prædicti officiales, ne mensuram per legitimas taxas, et per approbatum curiæ stylum pro singulis actibus præscriptam, et definitam excedant.

§. 10. Pro feliciori vero, et prosperiori ejusdem congregationis directione, et statu volumus, atque mandamus, ut viri cælibes, et clericali caractere insigniti deinceps assumantur, et quousque cælibatum servaverint, retineantur, ut liberi, ac toti proprio munere vacare valeant, et si fide, doctrina, et experientia commendabiles, et sustinendo oneri sibi demandato pares se probaverint, ad cætera etiam, majoraque munera conscendendi viam sibi parent.

§. 11. Certam autem legem, et formam in horum officialium electione ex nunc præscribere volentes, motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostra, deque apostolicæ potestatis plenitudine hisce Nostris literis prohibemus, et interdicens, ne de cætero ullus, sive Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis, qui præfecti, sive præsul, qui secretarii muneribus pro tempore funguntur, viventibus adhuc ejusdem congregationis officialibus, quemquam veluti coadjutorem alicujus cum officii consequendi jure, vel occulte, vel palam intrudent.

§. 12. Quod si propter decessum eorum, seu quamvis aliam cessionem, dimissionem, amissionem, aut privationem alicujus ex prædictis officialibus pro tempore deputatis oportuerit alium in ejus locum subrogare, tres dignos, probatosque viros secretarius cardinali præfecto proponat, qui idoneitate eorum matura consultatione discussa, digniorem, probatioremque inter eos eligat, qui, si Nostrum, et successorum Nostrorum obtinuerit assensum, præstito per eum juramento, ut supra, ad officium admittatur.

§. 13. Submoto itaque ab officialium cœtu quocumque vel levi avaritiæ periculo, eos omnes enixe in Domino hortamur, ut pro salubri ejusdem congregationis regimine, et ecclesiasticæ disciplinæ integritate in omnibus, quæ ad eam spectant, pertractandis quam

Solum viri cælibes, et clericali caractere insigniti recipi possunt in officiales.

Forma, et leges servanda in electione.

De subrogatione officialium.

Munita, et hortationes.

Excluditur xenia dari solita mense augusti, et die natalitatis D.N.

Præfinitur merces honesta pro secundis, et tertiis exemplaribus documentorum.

Item pro itineris in commodo quando documenta asservantur in tabulario Vaticano.

maxime cautos, oculatosque se praebeant, adeoque eorum virtutis emulatione majores in dies fructus, atque progressus inde proveniant, ac cognitæ, et spectatæ uniuscujusque ipsorum diligentia, et fidelitati, a sancta Sede apostolica condigna præmia conferantur.

Clausula salutares.

§. 14. Decernentes præsentis Nostras literas etiam ex eo quod officiales prædicti, ac alii quicumque in præmissis quomodolibet interesse habentes, seu habere prætendentes eisdem præmissis non consenserint, aut vocati, seu auditi non fuerint, aliaque quavis de causa quantumvis legitima, et juridica de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis Nostræ, vel alio quocumque defectu notari, impugari, redargui, retractari, in jus, vel in controversiam revocari nullatenus posse, sed semper, et perpetuo validas, firmas, et efficaces existere, et ab officialibus prædictis, ac aliis, ad quos spectat, seu pro tempore spectabit, inviolabiliter observari.

Decretum irritans.

§. 15. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causasum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiti debere irritum quoque, et inane quidquid secus super omnibus, et singulis præmissis, vel circa ea a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 16. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, et consuetudinibus quibuscumque, ac quibusvis vivæ vocis oraculis, privilegiis, indultis, et quibusvis aliis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, et decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, et alias quomodolibet per prædecessores Nostros Romanos pontifices concessis, innovatis, confirmatis, et approbatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia aliqua exquisita for-

ma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes ad effectum præsentium, illis alias in suo robore permansuris harum serie derogamus.

§. 17. Ne autem harum literarum ulla ignorantio obtendi possit ab iis præsertim officialibus, de quibus agitur, volumus eas typis impressas in secretaria congregationis Concilii præfixas asservari. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xxvii novembris MDCCLXXV. pontificatus Nostri anno primo.

Mandatum de exemplari servando in secretaria.

LXXI.

Prorogatio officii generalis, et provincialium ordinis beatæ Mariæ de Mercede.

Dat. die 9 decembris 1775. Anno 1.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Nuper pro parte dilecti filii Antoni Emmanuelis de Martalejo generalis ordinis beatæ Mariæ de Mercede redemptionis captivorum expositum Nobis fuit, quod in capitulo generali ejusdem ordinis habito die xxx aprilis anno MDCCLXX in conventu Bilibitano ordinis hujusmodi regni Aragoniæ fuit propositum, et examinatum a toto definitorio, an magis expediret, quod officium magistri generalis, quod per sexennium perdurabat, foret perpetuum, et omnes definitores, nemine discrepante, convenerunt, ac statuerunt, ut magis utile esset universo eorum ordini, magistrum generalem in posterum esse perpetuum, ac alias prout ex resolutione ejusdem definitorii cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusiis dicitur contineri. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, idem Antonius Emmanuel animadvertat, quod eadem fere utilitates provenirent, si officium generalis hujusmodi ex sexennio ad duodecim annos protrahatur, atque si officium etiam provincialis, quod ad triennium durat, ad quadri-

Expositio pro eum.

ennium perducatur, dum facilius, et commodius provinciales visitarent conventus suarum provinciarum, et valde minores redderentur expensæ, qua de re officium magistri generalis de sexennio ad duodecim annos, et officium provincialium de triennio ad quadriennium protrahendum esse per Nos decerni, et declarari plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsum Antonium Emmanuelem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis informatione, et voto venerabilis fratris Nostri Karoli Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis episcopi Sabinensis Rezzonico nuncupati ejusdem ordinis apud Nos, et Sedem apostolicam protectoris, preces desuper Nobis porrectas Nostro rescripto edito die vicesima septima novembris remisimus arbitrio ipsius Karoli cardinalis, et protectoris cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis, contrariis quibuscumque non obstantibus, cujus vigore idem Karolus cardinalis, atque protector decretum tulit, tenoris qui sequitur videlicet.

§. 3. Uteates arbitrio, et facultatibus a ss̃mo domino Nostro papa Pio VI Nobis uti protectori ordinis beatæ Mariæ de Mercede redemptionis captivorum collatis, præcipimus, atque mandamus, ut officium magistri generalis dicti ordinis de sexennio ad duodecim annos, officiumque provincialis de triennio ad quadriennium protrahatur, contrariis quibuscumque minime officientibus. Die secunda decembris 1775.

C. card. Rezzonico protector.

Loco ✠ signi.

§. 4. Quo igitur decretum hujusmodi firmiter subsistat, et servetur exactius Nos juxta ejusdem Antonii Emmanuelis vota, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique Nostræ inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus.

§. 5. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore per mansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die nona decembris millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.


Clausula subblata, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum.

Preces remittuntur pro informatione, et voto ven. cardinali Rezzonico, cum omnibus facultatibus, et ipse ad rem decretum edidit.

Decreti tenor.

Confirmatio decreti



Dat. die  
25 decembris  
1775.  
AUGO I.

LXXII.

Encyclica ad patriarchas, primates,  
archiepiscopos, et episcopos universæ  
Ecclesiæ catholicæ.

Venerabilibus fratribus patriarchis,  
primatibus, archiepiscopis,  
et episcopis.

Pius PP. VI.

Venerabiles fratres

Salutem, et apostolicam  
benedictionem

Proemium in  
quo de sua ele-  
ctione in ponti-  
ficem loquitur

§. 1. Inscrutabile divinæ sapien-  
tiæ consilium, cujus semper mirabilia  
sunt opera, quemadmodum David na-  
tu minimum elegit inter mille, sustu-  
litque de gregibus ovium, ut in excel-  
so solio gloriæ positus populum suum  
regeret, atque in virga directionis Deo  
redderet acceptabilem; sic adeo non  
sprevit humilitatem Nostram, ut quam-  
vis in purpuratorum patrum senatum  
novissimi omnium essemus adscripti,  
atque postremum locum teneremus,  
Nos tamen præ ceteris, qui pontificio  
diademate digniores videbantur, volue-  
rit episcopalis officii habere principa-  
tum, et ad tanti honoris sublimitatem  
electos universæ Ecclesiæ suæ esse re-  
tores. Quam dignationem plane ad-  
mirandam, et bonitatem in Nos im-  
mensam, quam taciti, et grato animi  
sensu assidue consideramus, a lacry-  
mis temperare non possumus, benefi-  
centissimam illam misericordiam, si-  
mul atque omnipotentiam perpenden-  
tes, qua in eum munera sua contulit  
amplissime, in quo nulla meritorum  
suffragia invenit; constituens Nos in-  
firmos, et immerentes in caput gen-  
tium, ut æterni pastoris vicariam pro-  
curationem gerentes in terris, pascere-  
mus Israel hæreditatem suam, eamque  
adduceremus in montem sanctum Sion  
cælestem Hierusalem. Et quoniam ma-  
xime convenit, ut obsequium Nostrum,  
et oblatio consecrati pontificis a sacri-  
ficiis Dominicæ laudis inchoetur; non  
possumus non erumpere in voces exul-  
tationis, confitentes Domino, et claman-  
tes cum propheta (1) laudem Domini  
loquatur os Nostrum; et nomen san-

ctum ejus anima Nostra, ac spiritus,  
caro, et lingua benedicat. *At si religio-  
sum est gaudere de dono; necessarium  
est etiam trepidare de merito. Quid enim  
tam pavendum, quam labor fragili, subli-  
mitas humili, dignitas non merenti?* (1).

§. 2. Quem non tereret præsens chri-  
stiani populi status, in quo divina illa  
charitas, qua in Deo manemus, et Deus  
in nobis, plurimum refrigescit; scelera  
autem, ac iniquitates magis in dies  
invalescunt? Cujus non obrueret ani-  
mum gravissima illa consideratio, quod  
Ecclesiam Christi sponsam custodien-  
dam, ac tuendam suscipimus, eo tem-  
pore, quo orthodoxæ religioni tot  
struuntur insidiæ; quo salutaris sacro-  
rum canonum norma tam impudenter  
contemnitur; quo denique turbulenti  
homines immuni quadam novitatum  
prurigne furentes, vel ipsa rationalis  
naturæ adgredi non dubitant funda-  
menta, atque item conantur, si fieri  
posset, subvertere? Profecto *in hac tan-  
ta materia trepidationis nulla Nobis es-  
set dependendæ fiducia servitutis, nisi  
non dormitaret, neque abdermiret qui  
custodit Israel, et qui discipulis suis ait  
= Ecce ego vobiscum sum omnibus die-  
bus usque ad consummationem sæculi;  
nisi dignaretur non solum custos o-  
vium, sed ipsorum etiam pastor esse pa-  
storum* (2).

§. 3. Quoniam vero tunc maxime,  
et abundantius in Nos munera divina  
descendant, quam Nostra ad Deum  
adscendit oratio; vos, venerabiles  
fratres, adjutores, et consultores No-  
stros nunc primum adlocuturi, illud  
etiam in primis a vobis magnopere  
expetimus pro ea, qua in Domino u-  
num sumus, charitate, proque ea fide,  
qua in unum corpus coalescimus, ne  
cessetis quotidianis obsecrationibus ve-  
stris instare enixius apud Deum, ut  
confortet Nos in potentia virtutis suæ,  
effundatque super Nos spiritum consi-  
lii, spiritum fortitudinis, quo inter tot  
rerum, ac temporum difficultates et  
quæ agenda sint, videamus, et ad im-  
plenda, quæ viderimus, convalescamus.  
Orate igitur in spiritu; et sit oratio ve-  
stra, et invocatio erga Nos amoris, et  
fraternæ conjunctionis probatio certis-

Temporum ma-  
litiæ condo-  
letur.

Ut pro eo pre-  
ces effundan-  
tur respicit.

(1) S. Leo M. serm. I. cap. II. et  
serm. II. cap. I. postr. Venetæ edit.  
ff. Ballerin.

(2) Id. S. Leo serm. V. al IV.  
cap. II.



sima. Atque ut promptius, quod Nobis necessarium est, impetremus, sanctissimæ Dei genitricis Mariæ, cujus patrocinio maxime confidimus, totiusque cælestis curiæ merita interponite; præsertim vero tutelam Nobis, et præsidium implorate beatissimi Petri apostoli, *cujus Sedi non tam præsidere, quam servire gaudemus, sperantes orationibus ipsius esse præstandum, ut Deus misericordiarum ministerii Nostri tempora benignus aspiciat, pastoremque ovium suarum custodire semper dignetur, & pascere* (1).

Episcopo, aliquo monet, ut fidelibus utatur dispensatoribus mysterium Dei.

§. 4. Jam vero hoc ipso assumptæ a Nobis apostolicæ servitutis initio, quanto possumus paternæ charitatis studio, vos venerabiles fratres excitamus, et commonemus, ut fideles habeamini dispensatores mysteriorum Dei. Vos, quorum pars Dominus est, non ignoratis quid vos facere oporteat, quos labores pro Ecclesia Dei sustinere, ut fortiter impleatis ministerium vestrum. Hortamur itaque vos, atque obsecramus, ut suscitatis gratiam, quæ est in vobis per impositionem manuum; nec quidquam prætermissum velitis, quod ad augmentum ejus corporis pertineat, *quod compactum ex Christo est, et connexum per omnem juncturam sub-  
ministrationis* (2) in fide, et charitate. Quamobrem quum satis persuasum vobis omnibus arbitremur, præcipuum Ecclesiæ bonum ex eo derivari, ut nemo, nisi per omnia probatus, clericali adscribatur militiæ; necesse non est, ut eorum, quæ in hanc rem sanctionibus sunt constituta canonicis, diligentissimam vobis commendemus observationem. Pro eo enim, quo incensi estis studio, id accuratissime perficietis, ut qui sanctitate morum non præstant, qui docti in lege Domini non sunt, qui demum aut nullam, aut tenuissimam de se, suaque industria præbent expectationem, illis ad ecclesiasticam militiam nullus pateat aditus; ne qui vobis manus debent adjutrices in pascendo, regendoque grege exhibere, ii labori vestro addant laborem, molestiam molestiæ, sintque vobis impedimento, ne eos vineæ fructus Dominus a suis cultoribus accipiat, quos in futuri retributione judicii a vobis severissimus æque, ac justissimus exactor Christus requireret. Sanctitate præcellat

oportet, et doctrina, qui sacerdos est futurus; repellit quippe a se Deus, ne sacerdotio sibi fungantur, qui scientiam a se repulerint, nec operarius admessem par, aptusque esse potest, qui morum pietati scientiarum non conjunxerit studia. Quod quum fieri sine accurata institutione non valeat, eapropter opportune decretum est, ut in unaquaque diœcesi clericorum collegium pro modo facultatum, si deesset, institueretur; institutum autem studiosissime conservaretur. Nisi enim a teneris annis ad pietatem, et religionem informetur, atque in literarum palæstra exerceatur ad lubricum iter prona ac proclivis adolescentium ætas; quo pacto fieri poterit, ut vel in disciplina ecclesiastica sancte perseveret, vel eos in humanis, ac sacris literis progressus faciat, quos ad populi fidelis exemplum atque institutionem ministerium Ecclesiæ postulat? Collegia hujusmodi recte instituta, sancte conservata studio vestro atque aptissimis legibus diligenter communita, multoque magis quam antea amplificata esse in singulis diœcesibus facile Nobis persuademus; præsertim posteaquam immortalis memoriæ Benedictus XIV. prædecessor Noster id operis, tamquam muneri vestro pernecessarii, unicuique vestrum tantopere commendavit (1). Quamobrem sicuti apostolicæ laudationis præconio eximios labores, ac diligentiam in iisdem colendis augendisque fraudare non possumus; ita, si forte in aliqua diœcesi, aut instituta adhuc non essent, aut otiosa detinerentur, non possumus non vehementer eos, ad quos spectat, impellere, illisque etiam præcipere, ut in rem adeo utilem omni virtute enitantur.

§. 5. Ob eandem causam suspicari non licet, quin id, quod maxime fidelium animos commovere, atque in sacrarum rerum venerationem solet adducere, decorem videlicet domus Dei, et eorum, quæ divino cultui sunt addicta, nitorem, dignitatemque omni tempore apprime curetis. Quam absolum esset, episcopi domum mundio rem esse, et elegantius ornatam, quam sit sacrificii domus, sanctitatis hospitium, aula Dei vivi? Quam absurdum sacras vestes, altarium ornamenta, atque universalem supellectilem, vel vetustate squallentem, et conscissam, vel sordi-

Atque curent venerationem, et decorem domus Dei.

(1) S. Leo *ibid.* cap. V.

(2) *Ad Ephesios IV.* 16.

(1) *Epist. encycl. an. 1741.*

bus sœdatam intueri; mensam autem episcopi splendide paratam, sacerdotis indumenta nîtidissima, et ad multam venustatem composita? *Quantæ confusionis opprobrium est, ut præclare scripsit s. Petrus Damiani (1) quod nonnulli in squallido linteo Dominicum corpus et offerant, et involvant; et quod non dignaretur potens quilibet, qui tamen vermis est, propriis adhibere labiis, in hoc isti corpus non verentur imponere Salvatoris!* At vos certe quidem, venerabiles fratres, ab hujus negligentiae crimine disjunctissimos existimamus, cui obstrictos maxime vult sanctus idem cardinalis eos, qui ex acquisitis Ecclesiae bonis non *codices emunt, non ornamenta, non utensilia suis ecclesiis comparant; sed in suos usus quasi necessitudinis sumptus cuncta prodigere non perhorrescunt.*

Contra novatores remedia suggerit.

§. 6. De his igitur vobiscum amanter loqui, venerabiles fratres, non inutile esse putavimus ad optimæ voluntatis vestræ confirmationem. At multo gravius aliquid sermonem Nostrum, seu potius Nostrarum vim lacrymarum exquirat, et vindicat; pestilens nimirum ille morbus, quem Nostrarum temporum nequitia parturit; ut unanimes, conjunctisque viribus necessariam adhibeamus medicinam, ne dissimulatione Nostra insanabilis in Ecclesia nutriatur, atque excrescat pestilentia. Videntur enim novissimis his diebus instare *tempora illa periculosa, de quibus prænuñciavit apostolus Paulus (2), quando nempe erunt homines se ipsos amantes, elati, superbi, blasphemi, proditores, voluptatum amatores magis quam Dei, semper discentes, et nunquam ad scientiam veritatis pervenientes, habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes, corrupti mente, reprobi circa fidem.* Hi se erigunt in magistros mendacissimos, ut eosdem appellat apostolorum princeps Petrus, atque introducunt sectas perditionis; et eum, qui emit eos, dominum negant, superinducentes sibi celerem perditionem. Dicunt se esse sapientes, et stulti facti sunt; et obscuratum est insipiens cor eorum. Quam multos plena fallacis jactet ubique triumphos philosophia, ea nimirum, quæ tam honesto vocabulo suam ab-

scondit impietatem, quantaque facilitate ad se trahat, adliciatque populorum multitudinem, vos ipsi bene prospicitis, qui speculatores constituti estis in domo Israel. Dogmatum iniquitatem, ac nequissima deliramenta, quæ insinuat, quis aut dicendo persequi poterit, aut cogitando comminisci? Dum videri volunt sibi quærere hujusmodi homines sapientiam, quia non rite quærunt, prolabantur; longius; et in tantos errores incidunt, ut etiam communem sapientiam non teneant. (1) Atque equidem eo usque deveniunt, ut impiissime effingant, aut non esse Deum, aut otiosum esse et desidem, nihil Nostra curantem, nihil hominibus revelantem; ut proinde mirandum non sit, si quidquid sanctum, atque divinum est, blaterent esse inventum, atque excogitatum ab imperitorum hominum mentibus, inani futurorum metu percussis, et vana immortalitatis spè illectis. Sed fraudulentè isti sapientes tantam dogmatum perversitatem iis verborum, ac sententiarum lenociniis emolliunt, et occultant, ut infirmiores, qui plurimi sunt, quasi quadam esca capti, miserandum in modum irretiti, aut fidem prorsus abiciant, aut certe labefactari magno opere sinant, dum quasi præclaram aliquam scientiam consecretantes aperiunt oculos ad falsam eam lucem hauriendam ipsis tenebris deteriore. Nimirum hostis Noster nocendi cupidus, et peritus, sicut decipiendis primis hominibus ministerium sibi serpentis adsumpsit; ita horum linguas, linguas sane dolosas, a quibus animam suam liberari postulat propheta (x), ad seducendos fidelium animos veneno suæ falsitatis armavit. Itaque suo hi sermone humiliter irrepunt, blande capiunt, molliter ligant, latenter occidunt. (3) Quanta hinc moribus corruptio, quanta in cogitando loquendoque licentia; quanta in omni actione arrogantia, et temeritas!

§. 7. Et vero his offusis tenebris, atque evulsa e cordibus religione, id præterea adgrediuntur perditissimi hi philosophi, ut quibus homines vinculis inter se, atque cum dominantibus conjunguntur, et in officio conti-

Item contra illos quilibetate naturali abbuti pertentant.

(1) *Lib. IV. epist. 14 tom. I. op. edit. Rom. 1606.*

(2) *II. ad Timoth. III.*

(1) *Lactant. divin. instit. lib. III. cap. 28. edit. Paris. 1748.*

(2) *Ps. CXIX.*

(3) *S. Leo M. Serm. XVI., al XV. cap. 3.*

nentur, ea omnia dissolvant; liberum hominem nasci ad natiuitatem usque clamitant, reueruntque, nec cuiusquam obnoxium imperia; societatem propterea multitudinem esse hominum ineptorum, quorum se prosternat stupiditas coram sacerdotibus, a quibus daciuntur, coram regibus, a quibus opprimantur, adeo ut concordia inter sacerdotium, et imperium nihil sit aliud, quam immanis conspiratio contra insitam homini libertatem. Quotus autem quisque non videt huiusmodi deliramenta, atque horum similia multis simulationum involucris contexta, tanto maiorem quieti, et tranquillitati publicae adferre perniciem, quanto tardius auctorum coercetur impietas; animabus vero Christi sanguine redemptis eo esse graviore detrimento, quo, ut cancer, sermo eorum latius serpit, atque se intrudit in publicas academias, in magnatum domos, in aulas regum, et, quod horrendum dictu prope est, etiam in sanctuarium se insinuat?

§. 8. Vos propterea, venerabiles fratres, qui estis sal terrae, custodes Domini gregis, et pastores, quorum est preliari proelia Domini, exurgite, et accingimini gladio vestro, qui est verbum Dei; atque a finibus vestris improbam contagionem depellite. Quousque tandem communem fidei, et Ecclesiae contumeliam dissimulamus? Tamquam clamantis Christi sponsae gemitu nos excitari putemus illis Bernardi verbis: (1) *Olim praedictum est, et nunc tempus impletionis advenit: Ecce in pace amaritudo mea amarissima; amara prius in nece martyrum, amarior post in conflictu haereticorum, amarissima nunc in moribus domesticorum. . . . Intestina est plaga Ecclesiae; et ideo in pace amaritudo mea amarissima. Sed in qua pace? et pax est; et non est pax. Pax a paganis, et pax ab haereticis; sed non profecto a filiis. Vox plangentis in tempore isto: filius enutriti, et exaltati: ipsi autem spreverunt me. Spreverunt, et maculaverunt me a turpi vita, a turpi quaestu, a turpi commercio, a negotio denique perambulante in tenebris.* Lacrymosis his questibus piensimae matris quis se commoveri, atque impelli vehementer non sentiat ad

praestandam omnem suam, quam Ecclesiae arctissime pollicitus est, industriam atque operam? Vetus igitur fermentum expurgate; auferte malum de medio vestri, id est venenatos libros ab oculis gregis magna vi, et sedulitate extorquete; animos autem infectos prompte fortiterque segregate, ne sint ceteris nocumenta. *Aliter enim, aiebat sanctissimus pontifex Leo; (1) Nobis commissos regere non possumus; nisi hos, qui sunt perditores, et perditum, zelo fidei Dominicae persequamur; et a sanis mentibus, ne pestis haec latius divulgetur, severitate, qua possumus, abscindamus.* Qua in re perficienda vos hortamur, obtestamur, et monemus, ut quemadmodum in Ecclesia una est fides, unum baptisma, unusque spiritus; sic unus omnium vestram sit animus, et concordia individua, una eademque et jugis contentio; et qui iuncti estis institutis, pari etiam virtute, ac voluntate conjugamini. De summa re agitur, quia agitur de fide catholica, de Ecclesiae puritate, de sanctorum doctrina, de tranquillitate imperii, de salute populorum. De eo agitur, quod ut ad universum Ecclesiae corpus, sic ad vos maxime pertinet, qui pastores estis in partem sollicitudinis Nostrae vocati, et quorum vigilantiae puritas fidei est singulariter commendata. *Nunc itaque, fratres, quoniam vos estis episcopi in populo Dei, et est vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda eorum erigite, (2) ut stent in fide, et ingredi valeant in illam requiem, quae solis credentibus parata esse dignoscitur.* Obsecrate, arguite, corripite, increpate, nolite timere; indiscretum quippe silentium hos, qui erudiri poterant, deserit in errore, illis, et vobis, a quibus depelli debebat, damnosissimo. Sancta Ecclesia tunc valentius in veritate reficitur, quam ardentius pro veritate fatigatur; neque in divino hoc opere aut potentiam adversariorum, aut gratiam pertimescatis. Absit timor ab episcopo, quem unctio Sancti Spiritus roboravit: absit a pastore metus, quem princeps pastorum suo docuit exemplo vitam ipsam pro salute gregis contemnere: ab episcopali pectore absit vecordia mercenarii, et

Munera recordatur episcopalia, et ea exereeri libere et sine trepidatione commendat.

(1) *Serm. XXXIII. super cantic. n. 16. tom. IV. Op. edit. Paris. 1691. Bull. Rom. Tom. V.*

(1) *Ep. VII. VIII. ad episc. per Italiam cap. 2.*

(2) *Judith. VIII. 21*

abjectio. Egregie pro more suo magnus ille antecessor Noster Gregorius (1), ecclesiarum præsides erudiens, inquebat: *Sæpe rectores improvidi humanam amittere gratiam famidantes, loqui libere recta pertimescunt, et juxta veritatis vocem, nequaquam jam gregis custodiæ pastorum studio, sed mercenariorum vice deserviunt: quia veniente lupo fugiunt, dum se sub silentio abscondunt . . . . pastori enim recta timuisse dicere, quid est aliud, quam tacendo terga præbuisse?* Quod si nequissimus humani generis hostis, quo conatibus vestris acrius obsistat, illud aliquando efficiet, ut religiosis sæculi potestatibus abscondita sit grassantis morbi pestilentia, ne quæso concidatis animo, sed ambulate in domo Dei cum consensu, cum oratione, et veritate, quæ sunt arma militiæ Nostræ. Mementote, quod contaminato Judæ populo, nil ad illius purgationem aptius visum est, quam ut liber legis, quem paullo ante invenerat Helcias pontifex in templo Domini, cunctis a parvo ad maximum audientibus, promulgaretur; et statim consentiente universo populo, abominationibus destructis, *fœdus percussum coram Domino est, ut ambularent post Dominum, et custodirent præcepta ejus, et testimonia, et cæremônias in omni corde, et in tota anima* (2) Non dissimili ratione sacerdotes et levitas misit Josaphat, qui habentes libram legis circumirent civitates Juda, atque erudirent populum (3). Vestræ fidei, venerabiles fratres, divini verbi promulgatio non humana, sed divina est auctoritate commissa; congregate ergo populum, adnunciantes illi Jesu Christi evangelium; atque e divino illo penu, e cælesti illa doctrina succum veræ philosophiæ in vestrum quisque gregem derivate. Suadete subditis servandam esse fidem, et exhibendum obsequium illis, qui Dei ordinatione præsumunt et imperant. Date addictis ecclesiæ ministerio documenta fidei, continentiæ, sobrietatis, scientiæ, ac liberalitatis, ut placeant ei, cui se probaverunt; nihilque præferant, nisi grave, moderatum, ac religione plenum. Super omnia autem in cunctorum animis ignem mutux illius

(1) *Reg. pastor. 11. cap. 4. tom. II. op. edit. Paris. Monach. s. Mauri*

(2) *IV. Reg. XXII. et XXIII.*

(3) *II. Paralipon. XVII. 7. et seq.*

charitatis accendite, quam tam sæpe, tamque singulariter Christus Dominus commendavit, quæque una est christianorum tessera, et vinculum perfectionis.

§. 9. Hæc sunt, venerabiles fratres, de quibus potissimum vos adloqui in Domino cupiebamus, et quæ a vobis ardentissimo studio, et omni contentione expetimus, ut proprio experimento probemus, quam jucundum sit Nos omnes unanimes esse in fideliter servando deposito custodiæ Nostræ credito. Ast peccatis Nostris impediuntibus, consequi illa eadem non possumus, nisi cito anticipent Nos misericordiæ Domini, qui præveniat propitius suis benedictionibus. Quapropter, ut expeditius introeat in conspectu ejus communis oratio Nostræ, reconcilietur Nobis, et adjuvet infirmitatem Nostram; quo tempore has literas vobis mittimus, eodem alias damus, quibus universis Christifidelibus jubilæum concedimus, sperantes in eo, qui est miserator, et misericors, ut sicut dedit Nobis ligandi ac solvendi potestatem in terris ad ædificationem sui corporis; sic et vobis, et vestris gregibus ad salutem sit largiturus, ut ab omni semper errore alieni de virtute in virtutem proficiatis. Quod plane ex animo adprecamur, dum apostolicam benedictionem vobis, populisque curæ vestræ commissis amantissime impertimur.

Datum Romæ apud sanctum Petrum die xxv. decembris MDCCXXV. pontificatus Nostri anno primo.

### LXXIII.

Extensio universalis jubilæi in urbe celebrati anno 1775 ad universum catholicum orbem.

Pius episcopus  
servus servorum Dei

Universis Christifidelibus præsentem litteras inspecturis, salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. Summa Dei in Nos benignitate, ac singulari beneficio utcumque factum est, ut scilicet anno magno-jubilæi revertente sacras portas, veteri servata sanctissimarum cæremôniarum religione auspiciato recluderemus, et

Conclusio

Det. die  
25 decembris  
1775.  
Anno I.

Commemoratio solennis aperitionis sacrarum portarum peractæ quarto Kalendas martii 1773

easdem certa, consuetaque die clauderemus. Atque illud quidem iv. kalendas martii per Nos gestum est, duodecimo nimirum die ex quo Petri cathedram adepti summi pontificatus apicem tenebamus, hoc officium sanctum atque solemne, quo pœnitentiæ tempus acceptabile, diesque salutis advenisse, atque ad divinæ misericordiæ thesauros Christi fidelibus aditum patere amplissimum significatur ex humanarum rerum vicissitudine fluxaque natura contingit, ut aliquamdiu, non sine divino consilio retardatum Nobis reservaretur. E vivis enim erepto sanctæ memoriæ Clemente XIV. prædecessore Nostro, qui et jubilæum vulgatis per universum orbem pontificiis literis indixerat, et rite sanctissimas fores aperire in ipso nativitate Domini Nostri Jesu Christi pervigilio statuerat; locus humilitati Nostræ relictus est aggredendi perficiendique quod ipse coeptum imperfectumque reliquit. Nos igitur per Nos ipsos ad s. Petri apostolorum principis basilicam ritum illum sanctissimum, non sine magna affluentis populi celebritate, ingentique animi nostri gaudio persolvimus. Nam ut eodem officio ad divi Pauli, ad Lateranensem, et ad s. Mariæ Majoris basilicas Nostro nomine atque auctoritate perfungerentur, venerabiles tres fratres nostros S. R. E. cardinales designavimus, et legatos a latere creavimus. Itaque dispensatione divina factum est, ut a solemni anni jubilei celebritate pontificatus Nostri ipsa pene initia ducerentur.

Clausam ædem  
sacræ portæ  
fuerunt die  
nativitatis Do-  
mini Nostri J. C.

§. 2. Eadem autem rationem nuper etiam Nos ipsi servavimus, cum divinæ bonitatis largitate ad natale Servatoris Nos festum pervenimus, qui dies portæ sanctæ claudendæ prisca summorum pontificum consuetudine statutus est, eundemque ritum antedicti cardinales, eodem legationis honore ornati, in suis quisque basilicis persequuti sunt. Atque ipse etiam exitus præclare faustissimis initiis respondit.

Grates persol-  
vit erga Deum

§. 3. Benedictus sit omnium bonorum, et omnis egregiæ voluntatis auctor, moderator, perfector Deus, qui Nobiscum misericordiam hanc magnam facere non est dedignatus; uni trinoque Numini gloria, lausque omnis in hominum memoriam sempiternam, quod in ipso Nostri pontificatus initio hoc in Nos veluti signum sui favoris extare voluerit, quo ad bene sperandum de re christiana erigeremur.

Gaudium ex-  
primit quod  
opus salutare

§. 4. Sane in maxima animi Nostri perturbatione, qua dies noctesque an-

gimur ob ecclesiarum omnium sollicitudinem, Nobis licet immeritis, nuperrime demandatam non leve timori Nostro offerre solamen sensit, quod divina aspirante gratia tantum opus, ubique huic Nostræ et reipublicæ christianæ universæ tam salutare, feliciter ad exitum perductum esse perspeximus. Exultavimus in Domino; lacrymas etiam lætitiæ indices non semel emisimus, cum urbis amplissimas vias maxima fidelium multitudine redundantes intuebamur, quorum omnium una mens esset, divinam sibi misericordiam in fletu, et cordis amaritudine conciliare. Mirifice quidem recreabamur cum intelligeremus, civium religionem cum advenarum pietate, mutua inter se æmulatione decertare: atque illos quidem christiana erga hospites charitate incitatos, nullis impensis percipisse novimus, nullum refugisse laborem, molestiam nullam aversatos, ut advenientes exciperent, itineribus fractos reficerent, atque omni assiduitate, et cura sublevarent. Hi vero dignam christiano nomine humilitatem præ se ferentes, habitu ipso atque incessu declararunt, quanto illos fides, a patriis regionibus evocasset, atque ad sanctorum apostolorum limina adduxisset. Mirus enim in omnibus ardor enitebat cum supplicantium ritu sancta urbis adirent monumenta cum sacratis liminibus oscula figerent, cum longissimos viarum tractus sacris psalmodiarum, atque hymnorum canticis, flebilique concentu complerent, ut vere dicti, prædicatione possit, nullas ab iis partes esse prætermittas, ut veterem illam pœnitentiæ formam priscis Ecclesiæ sæculis usitatam, Nostra hac ætate repræsentarent.

feliciter ad exitum perductum fuit.

§. 5. Illud vero incredibili Nostrum animum voluptate perfudit, et præcipuum lætitiæ Nostræ addidit cumulum quod regium juvenem Maximilianum Austriacum ad sanctam civitatem advenisse conspeximus, et coram alloqui, complectique in Domino potuimus. Cujus egregia indoles præclare instituta virtutum omnium exempla non pauca quamdiu apud Nos versatus fuit, civibus plaudentibus, exteris admirantibus ædedit cum præsertim jubilæi thesauro sese locupletare sategerit.

Laudes regi  
juvenis Maxi-  
miliani Austria-  
ci.

§. 6. Neque vero venerabilium sacerdotum, tum sæcularium, tum regularium hoc loco prætereunda laus est, quorum opera diligentiaque potissimum effectum est, ut pœnitentium multitudini ad misericordiæ fontem quam fa-

Commemoratio omnium eorum, qui operam, et diligentiam adhibere, ut pœnitentiam multitudini aditus ad misericordiam

diat fontem  
pateret.

illime aditus pateret. Nam sacramentum reconciliationis, quod Christus Dominus in Ecclesia posuit in sanguine suo, fideliter, ut par est, administrantes, ægrotorum atque languentium vulneribus mederi nullo unquam tempore destiterunt. Quapropter in Domino confidimus, et certa spe ducimur, solvendi potestatem tempore illo acceptabili quam latissime ex apostolica indulgentia amplificatam, nulli fidelium in condemnationem, plurimis vero ad salutem valuisse. Speramus itaque debiles languore liberatos, ægros ad sanitatem restitutos, devios ad angustum salutis tramitem reductos, omnes denique ita mente, et spiritu renovatos, ut immutabili summoque bono in fide, spe, et charitate adhærentes non modo nequitie fermentum omne deposuerint, sed amplissimum etiam indulgentiarum thesaurum, qui singulis propositus erat plenissime sunt consecuti.

Quid sit jubileum explicatur.

§. 7. In hoc enim jubilæi summa est, huc recidit illius anni saluberrima institutio, ut Christifideles omnes qua honorum exemplis, qua exhortationem incitamentis, qua crebris iteratisque Ecclesie universæ, ad Deum precibus excitati, revertentes ad cor, et peccatorum in fletu, et gemitu poenitentiam agentes primo quidem ex clavium potestate a culpa penitus liberentur, mox etiam ex Christi Domini sanctorumque omnium, et præsertim Deiparæ Virginis satisfactionibus, quarum dispensationem Nobis commissam divina liberalitas voluit, pœnæ reatus absolvantur.

Preces Deo porrectæ, ut divinæ largitatis donum ad fideles perveniret.

§. 8. Uberrimus hic fructus, hoc summum divinæ largitatis donum, ut ad fideles omnes perveniret, Nos quidem pro amore illo paterno quo singulas Dominici gregis oves prosequimur, enixis a Deo precibus semel atque iterum singulis ferme diebus flagitavimus, remque ex voto cessisse iis argumentis ad sperandum adducimus, quæ hactenus commemoravimus. Iterum igitur patrem misericordiarum, honorumque omnium largitorem Deum collaudamus, gratias illi referentes, qui super Nos magnificavit misericordiam suam.

Desiderium extendendi jubileum ad cunctos Ecclesie filios.

§. 9. Sed apostolatus Nostri munus haud cumulate explevisse videretur, nisi ad cunctos Ecclesie filios oculos, animumque convertentes, et charitatis spatia dilatantes, illis quoque plenissimam reatum expiationem per Domini Nostri Jesu Christi merita exhiberemus. Qua-

re de fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium consilio decrevimus, universis Christifidelibus qui ubique locorum, et gentium sunt, thesauros indulgentiarum aperire, eosque ad societatem spiritualis hujusmodi boni advocare, et vehementissime hortari, ut dum ad eosdem thesauros assequendos sese comparabunt, ac pietatis et debitæ erga Sedem apostolicam observantiæ exempla præseferentes, indictis se operibus exercebunt, maculas peccatorum eluant, et magis magisque in conspectu Jesu Christi nitidiores appareant.

§. 10. Itaque de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi ex suprema ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus, licet indignis, contulit, omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus in quacumque mundi parte existentibus, et in apostolicæ Sedis gratia, et obedientia manentibus, etiam iis, qui forsitan elapso anno Romam venerunt, ibique, seu alibi quavis ratione, hoc idem jubileum a Nobis concessum adepti sunt vere poenitentibus, et confessis, et sacra communione refectis, qui intra sex menses a die publicationis præsentium in qualibet diocesi faciendæ computandos ecclesiam ipsius cathedralem, seu majorem, aliasque tres ejusdem civitatis aut loci, sive in illius suburbiis existentes, ab ordinariis, locorum, vel eorum vicariis, aliisque de ipsorum mandato designandas, semel saltem in die per quindecim continuos, vel interpolatos dies, sive naturales, sive etiam ecclesiasticos, nimirum a primis vespers unius diei, usque ad integrum ipsius subsequentis diei vespertinum crepusculum, devote visitaverint; ibique pro Sanctæ Matris Ecclesie exaltatione, hæresum extirpatione, catholicorum principum concordia, et christiani populi salute, et tranquillitate pias ad Deum preces effuderint, ut plenissimam anni jubilæi omnium peccatorum suorum indulgentiam, remissionem, et veniam semel consequantur, perinde ac si quatuor basilicas, seu ecclesias, intra, et extra urbem, pro consequendo jubilæo hujusmodi a Nobis designatas, statutis ad id diebus personaliter visitassent, et alia quæ ad hoc requirebantur adimplevissent, misericorditer in Domino concedimus, et impertimur.

Tenor concessionis, cum declaratione operum præstandorum pro consecutione jubilei.

§. 11. Navigantes vero, et iter agentes, ut si post elapsos menses hujusmodi ad sua se domicilia, seu alio

Speciales declarationes pro navigantibus, et iter agentibus.

ad certam stationem se receperint, supradictis peractis, et visitata totidem vicibus ecclesia cathedrali vel majori, aut parochiali loci eorum domicilii, suæ stationis hujusmodi, eandem indulgentiam consequi possint et valeant.

*Item pro monialibus, anachoretis, eremitis, et in carcere, aut captivitate existentibus.*

§. 12. Nec non prædictis locorum ordinariis, ut cum monialibus, oblati, aliisque puellis, aut mulieribus sive in monasteriorum clausura, sive in aliis religiosis, aut piis domibus, et communitatibus vitam ducentibus, anachoretis quoque, et eremitis, ac aliis quibuscumque tam laicis, quam ecclesiasticis personis, sæcularibus, vel regularibus, in carcere aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, quominus supra expressas visitationes exequi possint, super prescriptis hujusmodi visitationibus tantummodo. Cum pueris autem, qui nondum ad primam communionem admissi sint, etiam super communione hujusmodi dispensare, ac illis omnibus et singulis, sive per se ipsos, sive per eorum, earumque regulares, prælatos, aut superiores, vel per prudentes confessarios alia pietatis, charitatis, aut religionis opera in locum visitationum hujusmodi, seu respective in locum sacramentalis communionis prædictæ ab ipsis adimplenda, præscribere: atque etiam capitulis, congregationibus, tam sæcularium, quam regularium, sodalitatibus, confraternitatibus, seu collegiis quibuscumque, ecclesias hujusmodi processionaliter visitantibus, easdem visitationes ad minorem numerum pro suo prudenti arbitrio reducere possint, et valeant earundem tenore præsentium concedimus pariter, et indulgemus.

*Monialibus conceditur potestas eligendi confessarios, quibus indulgetur facultas absolvendi a casibus reservatis, etiam sanctæ sedi.*

§. 13. Insuper iisdem monialibus earumque novitiis, ut sibi ad hunc effectum confessarium quemcumque ad excipiendas monialium confessiones ab actuali ordinario loci, in quo earum monasteria constituta sunt, approbatum, cæteris autem omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus tam laicis, quam ecclesiasticis, sæcularibus, et cujusvis ordinis, congregationis, et instituti etiam specialiter nominandi, regularibus licentiam concedimus, et facultatem, ut sibi ad eundem effectum eligere possint quemcumque presbyterum confessarium tam sæcularem, quam cujusvis etiam diversi ordinis, et instituti regularem ab actualibus pariter ordinariis, in quorum civitatibus, diocesis, et territoriis confessiones hujusmodi excipiendæ erunt, ad

personarum sæcularium confessiones audiendas approbatam, qui intra dictum semestris spatium, illas, et illos qui scilicet præsens jubilæum consequi sincere et serio statuerint, atque ex hoc animo ipsum lucrandi, et reliqua opera ad id lucrandum necessaria adimplendi, ad confessionem apud ipsos peragendam accedant, in foro conscientie dumtaxat ab excommunicationis, suspensionis, et aliis ecclesiasticis sententiis, et census a jure, vel ab homine quavis de causa latis; seu inflictis etiam ordinariis locorum, ac Nobis, et Sedi apostolicæ, etiam in casibus cuicumque, ac summo pontifici, et Sedi apostolicæ speciali licet forma reservatis, et qui alias in concessione quantumvis ampla non intelligerentur concessi, nec non ab omnibus peccatis, et excessibus quantumcumque gravibus, et enormibus etiam iisdem ordinariis, ac Nobis, et Sedi apostolicæ, ut præferatur, reservatis, injuncta ipsis penitentia salutari, aliisque de jure injungendis, absolvere: nec non vota quæcumque etiam jurata, et Sedi apostolicæ reservata castitatis, religionis et obligatoris, quæ a tertio acceptata fuerint, seu in quibus agatur de damno tertii semper exceptis, nec non pœnalibus, quæ preservativa a peccato nuncupantur, nisi commutatio futura judicetur ejusmodi, ut non minus a peccato committendo refrænet, quam prior voti materia) in alia pia, et salutaria opera commutare, et cum penitentibus hujusmodi in sacris ordinibus constitutis etiam regularibus super occulta irregularitate ad exercitium eorundem ordinum, et ad superiorum assecutionem ob censurarum violationem dumtaxat contracta dispensare possint, et valeant, eadem auctoritate, et apostolicæ benignitatis amplitudine concedimus, et indulgemus.

§. 14. Non intendimus autem per præsentis super aliqua alia irregularitate, vel publica vel occulta, seu defectu aut nota, aliaque incapacitate, aut inhabilitate quoquomodo contractis dispensare, vel aliquam facultatem tribuere super præmissis, dispensandi, seu habilitandi, et in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientie, neque etiam ulli confessario facultatem absolvendi complicem in quolibet inhonesto contra sextum præceptum peccato, aut complici confessarium hujusmodi ad effectum præsentium eligendi licentiam impertiri, ut jam in fel: recordationis Benedicti XIV. prædeces-

*Reservatio circa dispensationem ab irregularitatibus, incapacitatibus, aliisque defectibus.*

oris Nostri incipientibus *sacramentum penitentiae* anno incarnationis Domini *cæ* MDCCXLI kal. junii pontificatus sui anno I. editis literis generaliter declaratum fuit, neque demum eadem præsentibus iis, qui a Nobis et apostolica Sede, vel ab aliquo prælato, seu iudice ecclesiastico nominatim excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in sententias, et censuras incidisse declarati, vel publice denunciati fuerint, nisi intra tempus dictorum sex mensium satisfecerint, et cum partibus, ubi opus fuerit, concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

De iis qui morte præventi in-  
junctas operas  
explere ne-  
quiverint.

§. 15. Cæterum, si qui post inchoatum hujus jubilæi consequendi animo, præscriptorum operum implementum morte præventi, præfinitum visitationum numerum complere nequiverint, Nos piæ, promptæque illorum voluntati benigne favere cupientes, eosdem vero penitentes, et confessos, ac sacra communione refectos, prædictæ indulgentiæ, et remissionis participes perinde fieri volumus, ac si prædictas ecclesias diebus præscriptis reipsa visitassent: si qui autem post obtentas vigore præsentium absolutiones a censuris aut votorum commutationes, seu dispensationes prædictas, serium illud ac sincerum, ad id alias requisitum propositum ejusdem jubilæi lucrandi, ac proinde reliqua ad id lucrandum necessaria opera adimplendi; mutaverint, licet propter ipsum id a peccati reatu immunes censi vix possint, nihilominus hujusmodi absolutiones, commutationes, et dispensationes ab ipsis cum prædicta dispositione obtentas in suo vigore persistere decernimus atque declaramus.

Hortationes ad  
patriarchas,  
archiepiscopos  
episcopos,  
aliosque super-  
iores.

§. 16. Sed hujus Nostri consilii explicatam rationem mittimus præsertim ad omnes patriarchas, primates, archiepiscopos, episcopos, aliosque ordinarios, locorum prælatos, sive ordinariam localem jurisdictionem in defectu episcoporum, et prælatorum hujusmodi legitime exercentes, gratiam, et communionem Sedis apostolicæ habentes per nomen Domini nostri, et principis pastorum omnium Jesu Christi obsecramus, atque enixe rogamus, ut populis suæ curæ, ac fidei creditis hoc tantum bonum annuntient, quod inesplicabilem Dei providentiam, summamque erga Nos charitatem ostendit; etenim qui tam ampla veniæ facultate proposita, si non utatur, eam contemnere existimabitur, et propterea indignus erit, cui Deus misericordiam suam impertiatur. In eam

igitur curam incumbant episcopi necesse est, quæ est propria eorum muneris, et officii, ut Christifideles primum per penitentiam veræ salutis auctori Deo reconciliati jubilæi gratiam ad salutem animarum suarum religiose convertant.

§. 17. Quod postremum ad charissimos in Christo filios Nostros, imperatorem electum, ac reges, et principes catholicos omnes, quorum plerique pro hujus jubilæi ad eorum regna, atque dominia extensione suum Nobis desiderium significarunt supplices Nobis auctoribus, tendit manus christiana respublica, ut qua auctoritate et potentia præditi sunt adjumenta omnia præstent ad operandam salutem animarum. Hic enim est finis quo Nostræ pastorales curæ diriguntur. Cæterum sic pro eorum sapientia probe intelligere debent, una religione tamquam firmissimo fundamento inniti subditorum populorum erga principes obedientiam, et fidem.

Obsecrationes  
ad reges, prin-  
cipesque cat-  
holicos.

§. 18. Præsentibus quoque literas per omnia validas, et efficaces, suosque plenarios effectus ubicumque publicatæ, et executioni demandatæ fuerint sortiri, et obtinere, omnibusque Christifidelibus in apostolicæ Sedis gratia, et obedientia manentibus, in hujusmodi locis commorantibus, sive ad illa postmodum ex navigatione, et itinere se recipientibus, plenissime suffragari volumus, atque decernimus. Non obstantibus de indulgentiis non concedendis ad instar et universalibus, provincialibus, et synodalibus conciliis editis, constitutionibus, ordinationibus, et generalibus, seu specialibus absolutionum, seu relaxationum, ac dispensationum reservationibus; nec non quorumcumque etiam mendicantium, et militarium ordinum, congregationum, et institutionum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, legibus, usibus, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis eisdem concessis præsertim in quibus caveatur expresse, quod alicujus ordinis, congregationis, et instituti hujusmodi professores extra propriam religionem peccata sua confiteri prohibeantur. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua mentio faciendâ, vel alia exquisita forma ad id servanda foret hujusmodi tenores pro insertis, et formas pro exactissime ser-

Clausula sal-  
tatare et dero-  
gatorie.



vatis habentes, pro hac vice, et ad præmissorum effectum dumtaxat plenissime derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 18. Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem ab omnibus fides habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si exhibitæ forent, vel ostensæ.

Sanctio postal.

§. 19. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ estensionis, hortationis, commissionis, concessionis, derogationis, decreti, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, octavo kalendas januarii pontificatus Nostrî anno primo.

Dat. die 8 januarii 1776. Anno I.

LXXIV.

Exemptio monasterii monialium sub titulo Conceptionis B. M. V. I. de Gongora Matriti Toletanæ diœcesis a superioritate, et gubernio fratrum ordinis B. M. de Mercede.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Rationes quæ ad exemptionem decernendam impulerunt.

§. 1. Decet Romani pontificis providentiam sacrarum virginum tranquillitati prospicere, quo possint Deo impensius famulari. Cum itaque, sicut accepimus, in monasterio Matritensi Toletanæ diœcesis sub titulo Conceptionis beatæ Mariæ virginis immaculatæ de Gongora nuncupatæ, quod regii juris patronatus esse dignoscitur in fundatione a cl. mem. Philippo IV, dum vixit, Hispaniarum rege catholico reservati pro sanctimonialibus militantibus sub regula, et instituto fratrum ordinis beatæ Mariæ de Mercede redemptionis captivorum exalceatorum nuncupatorum, et sub spirituali regimine generalis, provincialis, et pro tempore superiorum ejusdem ordinis, nonnullæ or-

Bull. Rom. Tom. V.

tæ sint contentiones, et jurgia inter sanctimoniales prædictas, et modernos dicti ordinis superiores, et fratres, quæ post visitationem ejusdem monasterii per commissarium a venerabile fratre Aloisio archiepiscopo Cæsareæ, Nostro, et hujus sanctæ Sedis in Hispaniarum regnis nuntio deputatum in spiritualibus peractam, moniales ipsas induxerunt, ut ex causis, et rationibus in eadem visitatione deductis, unanimiter flagitarent suam perpetuam translationem in ordinariam potestatem, et jurisdictionem spiritualemente moderni, et pro tempore existentis archiepiscopi Toletani.

§. 2. Qua stante monialium petitione, superior generalis, provincialis, et definitorium prædicti ordinis sponte renuntiarunt dictum monasterium in manibus carissimi in Christo filii Nostrî Karoli earumdem Hispaniarum regis catholici, moderni ejusdem monasterii patroni, ut de eo pro suo arbitrio disponerent.

Consensus superioris generalis ordinis B. Mariæ de Mercede.

§. 3. Nos attentis prædictis, ac pia ejusdem Karoli regis mente, et intentione Nobis tum per nuntium Nostrum prædictum, tum per dilectum filium modernum comitem Floridæ Albæ prædicti Karoli regis apud Nos, et eandem Sedem ministrum patefacta, et cupientes in eodem monasterio, ac inter prædictas moniales pacem, et tranquillitatem restaurare, religiosamque disciplinam conservare, vel collapsam restituere, ipsarumque monialium saluti providere, motu proprio, et ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, prædictas moniales, totumque monasterium prædictum a superioritate, regimine, et spirituali gubernio dicti ordinis beatæ Mariæ de Mercede redemptionis captivorum, ejusque generalis, provincialis, et superiorum perpetuo eximimus, subducimus, et liberamus, illudque, et illas ordinariæ potestati, auctoritati, et jurisdictioni spirituali nunc, et pro tempore existentis archiepiscopi Toletani plene subicimus; ita tamen, ut moniales, quæ nunc sunt, et futuris temporibus in eo existent, regulam, et institutum, quod nunc profitentur, servare teneantur, simulque gratiis, et privilegiis, et suffragiorum communione totius ordinis prædicti in posterum etiam fruantur, et gaudeant.

Tenor exemptionis cum suis declarationibus, et reservationibus.

§. 4. Sed ne prætextu communis regulæ, et privilegiorum hujusmodi, vel ob præcedens monasterii gubernium in spiritualibus gestum, in erro-

Prohibitio ne amplius fratres vel superiores ordinis, in monasterio monialium ingrediantur.

tur, vel cum il-  
lis alloquantur

rem incidant dicti ordinis fratres, quod ipsi valeant, vel saltem superioris ut antea ad monasterium accedere, et cum monialibus alloqui, monitos eos volumus, quod post cessatum eorum gubernium in monasterio prædicto, illud respicere debeant sicut cætera monasteria, quæ nunquam fuerant eorum ordini subjecta, ita ut locum habeant, quoad illud, sanctiones omnes vetantes regularibus accessum ad monasteria monialium, et propterea Nos decreta a prædecessoribus Nostriis Romanis pontificibus Sixto V., Urbano VIII., et Clemente IX. adprobata, aliasque sanctiones editas super accessu regularium ad monasteria monialium innovantes, præsentibus Nostriis literis decernimus, et expresse præcipimus, ne cuiquam ex dicti ordinis fratribus, sive superioribus, sive subditis liceat posthac ad prædictum monasterium accedere, vel cum illius monialibus, aliisque personis in eo degentibus alloqui, vel commercium epistolarum, aut aliis quomodocumque correspondentiam habere, sine expressa hujus sanctæ Sedis, vel respective ordinarii diocæsani licentia, prout cavetur in prædictis decretis sub excommunicationis, et privationis vocis activæ, et passivæ, aliisque contra regulares accedentes sine licentia ad monasteria monialium, statutis penis ipso facto incurrendis, quarum executionem eidem archiepiscopo Toletano tamquam apostolicæ Sedis delegato committimus.

Clausula sub-  
blata, et decre-  
tum irritans.

§. 5. Decernentes easdem præsentis literas semper, et perpetuo firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari debere; sicque in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-  
træriorum.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non prædictorum ordi-

nis, et monasterii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes expressio, et mentio servanda foret, illorum omnium, et singulorum tenores derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die octava januarii millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno primo.

LXXV.

Dat. die  
3 februarii  
1776.  
Anno I.

Concessio indulgentiæ plenariæ ab eis consequendæ qui ecclesiam sub titulo Jesus et Mariæ visitaverint in urbe, occasione capituli generalis.

Pius PP. VI.

Universis Christifidelibus præsentis literas inspecturis, salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. Cum, sicut accepimus, capitulum generale fratrum eremitarum ordinis s. Augustini excalceatorum nuncupatorum in ecclesia, seu domo sub titulo Jesu, et Mariæ de urbe fratrum eremitarum ordinis hujusmodi propediem, benedicente Domino, celebrandum sit; Nos, ut opus tam pium majori cum fructu fiat, et ad augendam fidelium religionem, animarumque salutem coelestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere penitentibus, et confessis, ac sac. communionem reffectis, qui prædictam, vel aliquam ex ecclesiis domorum fratrum eremita-

Tenor eo neces-  
sionis, et ex-  
positio condi-  
tionum impleu-  
darum pro con-  
secutione iu-  
dulgentiæ.

rum ordinis huiusmodi ubicumque existentium die, quo incohabitur capitulum generale huiusmodi, ac singulis diebus actualis illius celebrationis, devòte visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac s. matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel dumtaxat omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus post celebrationem dicti capituli generalis minime valituris.

Fides habenda transumptis

§. 2. Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione, admonitione, seu publicatione præsentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentibus nullæ sint, quodque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manualicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, seu procuratoris generalis dicti ordinis munitis eadem prorsus fides habeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud s. Petrum sub annulo piscatoris die III. februarii MDCCLXXVI. pontificatus Nostri anno primo.

LXXVI.

Dat. die 10 februarii 1776. Anno I.

Distributio ordinis servandi in concessione, et possessione honorum feudalium, et emphyteuticorum sanctæ Sedis in territorio Ferrariensi existentium.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Status bonorum juxta leges ducum Aestensium, ac præscriptum constitutionis Clementis VIII. et Gregorii XV.

§. 1. Recta concediti Nobis apostolicæ Sedis patrimonii administratio, exigit, ac postulat, ut eam pro viribus utiliter gerentes, nulla juris sui parte immunita, integrum illud conservare curemus. Qua de re Nostræ direximus considerationis intuitum ad plures Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum dispositiones quoad bona feudalium, et emphyteutica ejusdem Sedis in civitate, et ducatu Nostris Ferrariensibus, eorumque districtu existentia. Postea quam enim fel. rec. Clemens pp. VIII. prædecessor Noster privilegia, gratias, et prerogativas, quæ Aestenses duces civibus Ferrariensibus jam pridem con-

cesserant, suis desuper expeditis literis approbaverat, et confirmaverat rec. mem. Gregorius pp. XV. supplicationibus communitatis, et hominum dictæ civitatis deinde inclinatus jussit, et voluit, quod de cætero perpetuis futuris temporibus omnia bona feudalium, quæ in civitate prædicta, ejusque comitatu, et districtu vacare contigisset, aliis civibus originariis, et semper proximioribus defunctorum civitatis, comitatus, et districtus huiusmodi, sine tamen præjudicio cujuscumque, cui de jure debeantur, concedi, et conferri deberent, ac aliter pro tempore factas eorumdem honorum feudalium vacantium concessionem, et collationem nullas, irritas, et inanes, nulliusque roboris, et momenti esse, et fore decrevit et declaravit, ac alias prout in ipsius Gregorii prædecessoris literis in simili forma Brevis die xvi. octobris MDCXXI. expeditis, quarum tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, plenius continetur.

§. 2. Verum quia literæ huiusmodi juxta formam præscriptam a fel. rec. Pio pp. IV. prædecessore quoque Nostro de registrandis in libris cameræ intra certum tempus omnibus literis qualescumque interesse ejusdem cameræ respicientibus in illis registratæ minime fuerant, hinc de illarum validitate ex defectu registrationis prædictæ dubitari unquam posset, communitas, et homines memoratæ civitatis supplices porrexerunt preces piæ mem. Urbano pp. VIII. prædecessori itidem Nostro, qui per suas in pari forma Brevis die xix. Januarii MDGXXIV. expeditas literas adversus prædictam constitutionem ipsius Pii prædecessoris, vel lapsum temporis in ea præfixi easdem suas literas restituit, reposuit, et plenarie reintegravit, itaut ille infra sex menses tunc proximos in eadem camera insinuari, et in illius libris registrari facere possent, ac deberent, et plenam roboris firmitatem obtinerent, eisdemque communitati, et hominibus suffragarent, perinde ac si in eadem camera intra tempus ad id præfixum insinuatæ, et in suis libris registratæ fuissent, ac alias prout in memoratis ipsius Urbani prædecessoris literis, quarum pariter tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, etiam plenius continetur.

Urbanus VIII. nullitatem remisit in qua constitutio Gregoriana incidere, illamque vires suas habere jussit, perinde ac si registrata fuisset

§. 3. Verum idem Urbanus prædecessor eodem met anno MDGXXIV. cum omnia privilegia, gratias, et concessionem, quæ Sedi, et cameræ apo-

Abrogavit omnia privilegia, quæ cameræ apostolicæ præjudicium inferrent.

stolicæ præjudicium inferrent, quæque ab ejus prædecessoribus Romanis pontificibus diversis temporibus elargita fuerant, suis sub plumbo duodecimo kalendas novembris expeditis literis abrogasset, inter alia clare, et expresse, abolevit, et nullius roboris declaravit indulta de bonis stabilibus, et juribus ejusdem cameræ in civitate, et districtu Ferrariensi, seu alibi consistentibus certis personis tantum infeudandis per dictum Gregorium XV. prædecessorem concessa, quas quidem dicti Urbani prædecessoris literas deinde fel. rec. Innocentius pp. X. prædecessor etiam Noster suis itidem literis die xxvii. novembris MDCXLV. confirmavit, et approbavit, prout alias in eisdem literis, quarum tenorem præsentibus pro expresso similiter haberi volumus, uberius quoque continetur.

Ordo servandus in successione super possessione bonorum.

§. 4. Inspecta itaque præmissorum omnium dispositione, Romani pontifices prædecessores Nostri bona feudalia, et emphyteutica in civitate, et districtu Ferrariensi hujusmodi ad Sedem, et cameram apostolicam pertinentia, repulsis consanguineis, et descendantibus ultimi investiti favore quorumvis extraneorum concedere pluries assueverunt, ac præterea rec. mem. Benedictus XIV. rem hanc examinandam proposuit particulari congregationi ab ipso deputatæ, coram qua auditis juribus tam cameræ apostolicæ, quam aliorum interesse habentium disceptatum fuit, an esset locus devolutioni bonorum, seu potius renovationi investituræ, cujus favore, et quomodo in casu etc. ac die iv. octobris anni MDCCLXVII. responsum prodiit affirmativè quoad primam partem, negativè quoad reliquas, quod sane responsum ipse Benedictus prædecessor confirmavit, et approbavit, quemadmodum liquet ex voto desuper dicto die edito a bon. mem. Clemente dum vixit sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali Argevvillier nuncupato, cujus tenorem præsentibus pariter pro expresso, et inserto haberi volumus.

Dispositio relativa in statuto Ferrariensi super ordine succedendi, et cetera providentia capta hac super re a summis pontificibus.

§. 5. Licet autem tam solemnibus, et accurata hujus rei disquisitio simul, ac definitio novissimis tunc temporibus accidisset, adhuc ea penitus sub silentio prætermissa, nomine postmodum communitatis, et hominum civitatis prædictæ Ferrariensis supplices porrectæ fuerunt præcès fel. record. Clementi pp. XIII. solum exponendo, quod Æstenses ducis curam, et studium adhibuissent pro levamine familiarum Ferrariensium

illis concedendo æqua proportionè servata juxta earum qualitates bona feudalia, quæ devolvebantur, sed etiam allodialia, quodque Hercules Primus suo edicto die octava decembris millesimi quadringentesimi nonagesimi primi deinde relato in rubrica CCCXLIII. statuti ejusdem civitatis alienationem bonorum feudaliæ, nullo requisito consensu ulteriorum vacatorum, sed accedente tantum ducis licentia, seu facultate permiserat, Et memoratus Clemens VIII. prædecessor omnia, et singula privilegia, ac indulta a ducibus Æstensis concessa confirmaverat, simulque Gregorius XV. prædecessor prædictus decreverat, ut vacantia bona aliis civibus originariis, et semper proximioribus defunctorum concederentur, cujus literas non registratas in libris cameræ idem Urbanus VIII. prædecessor restituerat, et reintegraverat, ac postmodum suo chirographo manu propria signato quædam bona ad cameram apostolicam devoluta Fabritio, aliisque comitibus de Castelferretto concesserat, quæ omnia ut in posterum firmiter subsisterent apostolicæ confirmationis patrocinio communitari communitas, et homines dictæ civitatis plurimum desiderabant. Idem vero Clemens prædecessor hujusmodi supplicationibus inclinatus tam Clementis VIII., ac Gregorii, quam etiam Urbani literas, ejusque chirographum hujusmodi cum omnibus in eis contentis confirmavit, et approbavit, ac quatenus opus esset prædicta omnia in dictis literis, et chirographo expressa innovavit, seu de novo concessit, ac alias prout in ipsius Clementis XIII. prædecessoris in simili forma Brevis die xx. novembris MDCCLVIII. expeditis literis, quarum tenorem præsentibus de verbo ad verbum pro inserto haberi decernimus. Perpensis itaque ea qua par erat maturitate, eorundem omnium Romanorum pontificum dispositionibus supra relatis quoad bona feudalia, et emphyteutica apostolicæ Sedis in prædictis ducatu, et districtu existentia inde perceperimus, quod cum eidem Clementi XIII. expositum minime fuerit memoratas Gregorii XV. literas die xvi. octobris MDCXXI. expeditas, ac, ut præfertur, ab Urbano VIII. die xix. januarii MDCXXIV. licet illæ registratæ non reperirentur in libris cameræ suo robori restitutas, inde vero eodem met. anno suis posterioribus literis prædictis revocatas expresse, et aboletas fuisse, nilque penitus dictam, quod Innocentius X. secundo dictas

psius Urbani prædecessoris literas confirmaverit, ac Sedes, et camera apostolica non solum de bonis hujusmodi per obitum ultimi investiti devolutis pro libitu disposuerit, quodque libertas hæc paulo antea in contradictorio partium earum, et cameræ apostolicæ juribus auditis, particularis congregatio prædicta, ipso Benedicto XIV. approbante declaraverit; ex hac sane prætermissa narratione præcedentium literarum, ac tot rerum, quæ difficiliorem nudiq̄ reddidissent gratiam ab eodem Clemente XIII. concessam ejus literarum desuper expeditarum invaliditatem quoad liberum arbitrium disponendi de bonis per obitum ultimi investiti ad cameram, et Sedem apostolicam devolutis, clare probatam esse merito putavimus, atque censuimus.

Revocatio facultatis disponendi de bonis per obitum investiti.

§. 6. Ne igitur ejusdem Sedis patrimonium Nobis concreditum damnatum aliquod, ac præjudicium inde patiatur, motu proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine memoratas ipsius Clementis XIII. prædecessoris literas die xx. novembris MDCCLVIII. ut præfertur, expeditas, pro eo quod pertinet ad liberam facultatem disponendi de bonis feudalibus, et emphyteuticis Sedis, et cameræ apostolicæ per obitum ultimi in investitura comprehensi ad eam in ducatu, et districtu hujusmodi devolutis, tenore præsentium revocamus, cassamus, tollimus, abrogamus, irritamus, et annullamus, viribusque, et effectum penitus, ac omnino vacuumus, ac revocatas, cassatas, sublatas, abrogatas, irritas, et annullatas, viribusque, et effectum vacuum esse, ac perpetuo fore, neque de cætera cuiquam suffragari posse, vel debere decernimus, et declaramus, illasque ad viam juris reducimus.

Reintegratur ordo succedendi ad trames constitutionis Gregorii XV.

§. 7. Atque insuper easdem dicti Urbani prædecessoris literas duodecimo kalendas novembris anni MDCXXIV. sub plumbo expeditas, quibus ipse, ut præfertur, abolevit, et nullius roboris declaravit indulta de bonis stabilibus, et juribus ejusdem cameræ in civitate, et ducatu Ferrariensi, seu alibi existentibus certis solummodo personis infeudandi per dictum Gregorium XV. prædecessorem concessa, nec non alias præfati Innocentii X. die xxvii. novembris MDCXLV. expeditas literas eas confirmantes, et approbantes, in omnibus, et per omnia confirmamus, et approbamus, illasque servari, et exequi volumus, et man-

damus, Nec non eidem cameræ, et Sedi apostolicæ plenam, ac omnimodam libertatem de bonis, ac juribus feudalibus, et emphyteuticis in civitate, et districtu Ferrariensi ejusdem positis, ac existentibus, et per obitum ultimi investiti, seu alio quovis modo ad Sedem, et cameram apostolicam devolutis proprio arbitrio disponendi, et non solum bona, ac jura hujusmodi alijs sibi benevisis, atque pro benevisis annuo canone investituræ titulo concedendi, sed etiam pro se ipsa retinendi omnino competere, ac pertinere, motu, scientia, ac potestatis plenitudine paribus declaramus, atque statuimus.

§. 8. Decernentes easdem præsentis literas, et in eis contenta quæcumque etiam ex eo quod prædicti, et alii quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes ad ea vocati, et auditi non fuerint, de subreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis Nostræ, seu alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui, in controversiam vocari, aut adversus illas quodcumque juris gratiæ, vel facti remedium intentari, vel impetrari nullatenus posse; sed ipsas præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit in omnibus, et per omnia inviolabiliter observari.

Omne remedium tollitur adversus literarum tenorem.

§. 9. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et alios quoslibet quavis præeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, indicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 10. Non obstantibus præmissis, ac Nostræ, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegijs quoque indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum inser-


Derogatio non trariorum.

tis habentes, illis alias in essuo robore permansuris, ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contra-

illis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris die x. mensis februarii MDCLXXVI. pontificatus Nostri anno primo.

illis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris die x. mensis februarii MDCLXXVI. pontificatus Nostri anno primo.

illis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris die x. mensis februarii MDCLXXVI. pontificatus Nostri anno primo.



illis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris die x. mensis februarii MDCLXXVI. pontificatus Nostri anno primo.

illis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris die x. mensis februarii MDCLXXVI. pontificatus Nostri anno primo.

# PIUS VI.

## ANNO SECUNDO



LXXVII.

Dat die  
22. februarii  
1776.  
Anno II.

Præscribitur implementum restauratio-  
num explendarum in provinciis Bo-  
noniæ, Ferrariæ, et Romandiolæ  
pro reparatione damnorum a nimio  
aquarum impetu allatorum.

Reverendissimo cardinale Ignazio Lu-  
dovisi Boncompagni diacono di san-  
ta Maria in Campitelli, della com-  
missione delle Acque delle tre provin-  
ce di Bologna, Ferrara, e Romagna  
delegato apostolico.

Esordio, in ca-  
si espongono il  
compimento  
del riparo de'  
danni inferiti  
delle acque alle  
tre province  
di Bologna, Fer-  
rara, Romagna  
e le disposizio-  
ni prese ne' pre-  
cedenti chiro-  
grafi pontificii  
di Clemen-  
te XIII., e Cle-  
mente XIV.

Ciè stato rappresentato dai  
reverendissimi cardinali della congre-  
gazione delle Acque per mezzo del re-  
verendissimo cardinale Alessandro Al-  
bani prefetto, e di monsignor Passio-  
nei segretario della medesima, che a  
compimento del piano approvato dalla  
detta congregazione con sua risolu-  
zione presa sotto li 2 giugno 1767 sopra  
i lavori, ed operazioni da farsi in ri-  
paro de' danni prodotti dallo sregolato  
corso de' torrenti, e scoli nella tre pro-  
vince di Bologna, Ferrara, e Roma-  
gna; ed in seguito de' supremi ordini  
dati da Nostri predecessori di fel. mem.  
Clemente XIII., e Clemente XIV. co'  
rispettivi loro chirografi 22. giugno  
1767 = 26 agosto dello stesso anno =  
27 agosto 1770 = e 30 luglio 1771.,  
dovendosi proseguire, e terminare l'  
arginatura destra del Primaro della  
Bastia al fasso vecchio, costruire, e ri-  
durre le arginature de' terreni, adatta-  
re li scoli delle corrispondenti vicine  
campagne nella Romagna, e Roma-  
gnola Ferrarese fa duopo non solo pro-  
vedere il necessario contante, quanto  
anche è giusto assoggettare i terreni,  
che devono dagli indicati lavori risen-  
tire vantaggio alle tasse, e contribu-  
zioni, dalle quali ora vanno immuni.  
E siccome per i lavori superiori, che

riguardano il territorio Bolognese, Ferrarese, e Romagnolo fino al punto della Bastia, ed al Sillaro, si è cre-  
duto, ed sperimentato comodo, ed  
opportuno il metodo di esiggere dagli  
interessati una tassa provvisionale di  
due bajocchi per tornatura ( prese le  
tornature nella misura Bolognese ) di  
estenderla a tutto il tratto di paese,  
che si comprende tra il Senio, il Sil-  
laro, la via Emilia, ed il Primaro,  
e di erigere sopra le doti per tal mo-  
do esatte, e distribuite un nuovo mon-  
te nella Nostra città di Bologna, che  
ha avuto la denominazione di monte  
*Sussidio di Acque*; così la medesima  
congregazione ha creduto il più sem-  
plice, il più comodo, il più econo-  
mico insieme ai contribuenti, e il più  
giusto metodo per una provvisionale  
contribuzione l'adattare ai lavori da  
farsi al di là dal Sillaro fino al Senio  
quel piano medesimo, che si addotò,  
e si pratica per i lavori al Sillaro su-  
periori. Quindi hanno creduto di do-  
vere imporre la tassa di due bajocchi  
per tornatura a tutte le terre, che giac-  
§. 4. Ac jus a dicta Maria Theresia regina apostolica, ejusque in præfato Hungariæ regno successoribus regibus nominandi, seu præsentandi intra tempus a jure præfixum Nobis, et successoribus Nostris Romanis pontificibus pro tempore existentibus personam idoneam ad dictam ecclesiam episcopalem Neosoliensem per Nos, ut præfertur, erectam, a

primæva illius erectione vacantem, tam pro prima vice, quam etiam in posterum in futuris illius vacationibus pari prorsus modo quoad nominationem, seu præsentationem eandem episcopi aliarum cathedralium ecclesiarum in præfato regno Hungariæ existentium a Sede apostolica præfata præfici consueverunt; ea tamen lege, ut tam præfatus futurus episcopus Neosoliensis in dicta ecclesia cathedrali Neosoliensi per Nos, ut præfertur, erecta, et a primæva illius erectione hujusmodi, etiam, ut præfertur, vacante primo instituendus, quam ejus in præfata ecclesia cathedrali Neosoliensi per Nos, ut præfertur, erecta hujusmodi episcopi successores omnes ordinariæ jurisdictioni pro tempore existentis archiepiscopi Strigoniensis, uti eorum metropolitani, subjecti sint, et esse debeant apostolica auctoritate præfata etiam perpetuo clementer admittimus.

§. 5. Et insuper eodem modo eidem Mariæ Theresiæ reginæ apostolicæ, ejusque in præfato regno successoribus regibus præfatis jus omnia beneficia ecclesiastica, ac canonicatus, et præbendas in capitulo dictæ ecclesiæ cathedralis Neosoliensis per Nos, ut præfertur, erectæ, existentia, et existentes conferendi dicta apostolica auctoritate pariter perpetuo concedimus et reservamus; admissa tamen per eandem Mariam Theresiam reginam apostolicam favore pro tempore existentis episcopi Neosoliensis in casu singulæ vacantia pro tali supplenda duorum idoneorum subjectorum electione, ac dictæ Mariæ Theresiæ reginæ apostolicæ, ejusque in Hungariæ regno successoribus regibus præfatis demissa præsentatione, absque tamen ulla ejusdem Mariæ Theresiæ reginæ apostolicæ, ejusque in præfato Hungariæ regno successorum regum hujusmodi ad hanc præsentationem restrictione.

§. 6. Decernentes easdem præsentationes semper, et perpetuo validas, et efficaces esse et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, et ab omnibus et singulis ad quos spectat, et pro tempore spectabit quomodolibet in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere; ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica et legitima, etiam ex eo quod causæ propter quas eadem præsentationes emanarunt adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, aut intentionis Nostræ, vel quolibet alio quantumvis magno, substantiali, substantialissimo, in-

Concessio juris præsentandi ad beneficia ecclesiastica.

Clauula salutaris.

Concessio juris nominandi episcopum

excogitato, et inexcogitabili, ac specialem, et individua mentionem requirente defectu; seu etiam ex eo quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitate, et quævis alia servanda, et adimplenda, servata et adimplenda non fuerint, aut ex quocumque alio capite, jure, vel facto, seu statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque alio prætextu aliaque ratione, vel causa etiam quamcumvis justa, rationabili, legitima, pia, privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, aut aliis superius expressis nulli appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, in jus, vel contrarium revocari, et ad viam, et terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, a petitionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ, et justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concessio, et impetrato, vel emanato, quempiam uti, seu se juvari in iudicio, et extra illud posse, neque easdem præsentibus sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas quocumque, etiam in crastinum assumptionis Nostræ, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summum apostolatus apicem, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter ex quibuslibet causis, et sub quibusvis verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiamsi in eis de eisdem præsentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat, editas, et in posterum edendas comprehendere, sed semper, et omnino ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore et esse.

Decretum irritans.

§. 7. Sicque et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios, aliosque quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, prærogativa, et privilegio fun-

gentes, ac honore, et præminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate in quocumque iudicio, et quocumque instantia iudicari, et definiri debere, irritumque et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Non obstante, quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ præfate regula de jure quæsitio non tollendo, aliisque in contrarium præmissorum quomodolibet etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, et universalibus conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu simili, et potestatis plenitudine paribus pro tempore concessis, et concedendis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent eisdem præsentibus, pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanentis latissime, et plenissime ad præmissorum validissimum effectum specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide hac vice dumtaxat harum quoque serie motu, scientia, et potestatis plenitudinis similibus derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Volumus autem quod ecclesia cathedralis Neosoliensis per Nos, ut præfertur, erecta, juxta illius redditus de more taxari; et huiusmodi taxa in libris cameræ apostolicæ describi debeat, quodque in executorem, pro executione tantum earundem præsentium, præfatus Noster, et Sedis apostolicæ præfatus nuncius Viennensis cum facultate subdelegandi deputetur.

Præceptum de inscribendis redditibus ecclesie in libros cameræ apostolicæ.

§. 10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ divisionis, separationis, decorationis, erectionis, institutionis, constitutionis, assignationis, admissiois, concessionis, reservationis, decreti, derogationis, ac voluntatis infringere

Sanctio poenalis.

vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo quinto tertio idus martii pontificatus Nostri anno secundo.

LXXX.

Dismembratio oppidi Sæpusiensis a diœcesi Strigonsiensi, ejusque erectio in episcopatum.

Dat. die  
13. martii  
1776.  
Anno II.

Pius Episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

**R**omanus pontifex, quem decet tamquam paterfamilias super universos Christianos suam exercere dilectionem, præsertim tamen erga illos, qui regali potestate præditi, et ipsi præcipua vigilantia animarum populorum salutem scrutantur adhibere consuevit, et ea quæ ad divini cultus decorem, et incrementum probe statuerunt, ex apostolica benignitate valeant commendationem, simul, et firmitatem promereri.

Ratio concessionis.

§. 2. Cum itaque, sicut accepimus, charissima in Christo filia Nostra Maria Theresia Hungariæ, et Bohemiæ regina apostolica pro catholicæ religionis in die augendæ studio magis magisque incensa, et sollicita maximam archidiœcesis Strigonsiensis amplitudinem, cui tam gravi ferendo oneri unus tantum pastor par esse nequit, agnovit, et perinde vehementer optaverit, ut ab eadem archidiœcesi Strigonsiensi oppidum Sæpusiense dismembraretur, et oppidum præfatum in episcopatum apostolica auctoritate erigeretur, quemadmodum ipsa Maria Theresia regina apostolica regiis suis literis ad Nos datis luculenter exposuit.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos omnibus mature perpensis, auditoque nonnullorum venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium consilio dictæ Mariæ Theresiæ regiæ apostolicæ votis clementer obsecundare, illosque Christianos quantum in Domino licuerit specialibus gratiis, et favoribus prosequi, tum eorum spirituali bono, et salutem

prospicere volentes, motu proprio, et ex certa scientia præfatum oppidum Sæpusiense ab eadem archidiœcesi Strigonsiensi penitus, et perpetuo tenore præsentium dictæ apostolica auctoritate dividimus, et separamus; ipsumque oppidum Sæpusiense juxta canonicas sanctiones civitatis episcopalis titulo, et honore dictæ apostolicæ auctoritatis etiam perpetuo decoramus, ac secularem, et collegiatam ecclesiam ad sanctum Martinum in dicto oppido per Nos civitatis titulo, ut præfertur, decorato existentem, una cum illius capitulo, quod ex decem canonicis, decem canonicatus, totidemque præbendas, ac præposito præposituram, quæ inibi principalis, nec non archidiacono archidiaconatum, respective dictæ collegiatæ ecclesiæ, quæ etiam inibi secunda dignitas, ac præfato archidiaconatui annexis Arvensi, et Lyptoviensi nuncupatis respective obtinentibus constat, illiusque collegialitatis titulum, denominationem, naturam, et essentiam eadem apostolica auctoritate pariter perpetuo supprimimus, et extinguimus; ipsamque collegiatam ecclesiam per Nos, ut præfertur, suppressam, et extinctam de apostolicæ potestatis plenitudine in ecclesiam cathedralem Sæpusiensem pro uno episcopo Sæpusiensi, qui omnibus episcopalibus insigniis, privilegiis, et prærogativis eisdem modo et forma, quibus cæteri episcopi præsertim Hungariæ regni perfruuntur, et gaudent cum omnimoda jurisdictione episcopali in præfata civitate Sæpusiensi, et infrascripta diœcesi, ut infra assignanda, perfruatur et gaudeat eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo erigimus, et institui-  
mus, et præposituram præfatum in dignitatem post pontificalem majorem et dictum archidiaconatum in secundam dignitatem, et decem canonicatus, totidemque præbendas præfatas dictæ collegiatæ ecclesiæ respective per Nos, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ in decem canonicatus, totidemque præbendas ipsius ecclesiæ Sæpusiensis in ecclesiam cathedralem per Nos, ut præfertur, erectæ subrogatam, et subrogatum, ac respective subrogatos, et subrogatas esse dictæ apostolicæ auctoritate pariter perpetuo declaramus.

§. 4. Ac pro dictæ ecclesiæ episcopalis Sæpusiensis per Nos, ut præfertur, erectæ dote, et ad episcopalem dignitatem decenter tuendam summam viginti millium florenorum monetæ ilarum partium a dicta Maria Theresia regina apostolica constitutam, ac ex fru-

Assignatio dotis

etibus, tam præposituræ Scepusiensis nuncupatæ, quam abbatiaë B. M. Virginis de Schannik nuncupatæ, una cum cunctis castris, castellis, oppidis, villis, possessionibus, prædiis, fructibus, redditibus, proventibus, obventionibus, et emolumentis ad præposituram Scepusiensem præfatam, et abbatiam hujusmodi de jure, et ab antiquo spectantibus, et quomodocumque pertinentibus percipiendam eadem apostolica auctoritate perpetuo quoque constituimus, et assignamus, cum obligatione tamen futuro episcopo Scepusiensi eas parochiales ecclesias instituendi, quæ sibi necessariæ videbuntur, et pro diœcesi ejusdem futuri episcopi Scepusiensis comitatum Scepusiensem (excepto districtu Submontano nuncupato) et comitatus Arvensem, et Lyptoviensem dicta apostolica auctoritate etiam perpetuo constituimus, et assignamus.

Concessio juris nominandi episcopum

§. 5. Et jus nominandi, seu præsentandi a dicta Maria Theresia Regina apostolica, ejusque in regno Hungariæ præfato successoribus regibus infra tempus a jure præfixum Nobis, et successoribus Nostris Romanis pontificibus pro tempore existentibus personam idoneam ad dictam ecclesiam episcopalem Scepusiensem per Nos, ut præfertur, erectam, a primæva illius erectione vacantem, tam pro prima vice, quam in posterum in futuris illius vacationibus pari prorsus modo quoad nominationem, seu præsentationem eandem episcopi aliarum cathedralium ecclesiarum in præfato regno Hungariæ existentium a Sede apostolica præfata præfici consueverunt; cum ea tamen lege quod tam præfatus futurus episcopus Scepusiensis in dicta ecclesia cathedrali Scepusiensi per Nos, ut præfertur, erecta, et a primæva illius erectione hujusmodi, ut præfertur, vacante primo instituendus, quam ejus in præfata ecclesia cathedrali Scepusiensi per Nos, ut præfertur, erecta hujusmodi episcopi successoribus omnes ordinariæ jurisdictioni pro tempore existentis archiepiscopi Strigoniensis, uti eorum metropolitani subjecti sint, et esse debeant apostolica auctoritate præfata similiter perpetuo clementer admittimus.

Concessio juris præsentandi ad beneficia.

§. 6. Et insuper eidem Mariæ Theresiæ reginæ apostolicæ, ejusque in præfato Hungariæ regno successoribus regibus præfatis jus omnia beneficia ecclesiastica, omnesque canonicatus, et præbendas in capitulo dictæ ecclesiæ cathedralis Scepusiensis per Nos, ut præ-

fertur, erectæ existentes, conferendi dicta apostolica auctoritate similiter perpetuo concedimus, et reservamus, admissa tamen per eandem Mariam Theresiam reginam apostolicam favore pro tempore existentis episcopi Scepusiensis in casu singulæ vacantiaë pro tali suppleta duorum idoneorum subjectorum electione, et dictæ Mariæ Theresiæ reginæ apostolicæ, ejusque in præfato Hungariæ regno successoribus regibus præfatis, demissa præsentatione, absque tamen ulla ejusdem Mariæ Theresiæ reginæ apostolicæ, ejusque in præfato Hungariæ regno successorum regum hujusmodi ad hanc præsentationem restrictione.

§. 7. Decernentes easdem præsentantes semper et perpetuo validas, et efficaces esse et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat nunc, et pro tempore spectabit quomodolibet in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, et legitima, et ex eo quod causæ propter quas eadem præsentantes emanarunt, adductæ verificatæ, et justificatæ non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis seu invaliditatis vitio, aut intentionis Nostræ, aut quolibet alio quantumvis magno, substantiali, substantialissimo, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specialem, et individuum mentionem requirente defectu, seu etiam ex eo quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, et quævis alia servanda, et adimplenda, servata et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque capite de jure vel facto, seu statuto, aut consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque alio colore, prætextu, aliâque ratione, vel causa etiam quantumvis justa, nationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata, ac tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostrâ, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probari posset notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, aut aliud quodcumque juris vel facti, aut gratiæ vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso et impetrato, vel emanato quempiam uti, seu se juvari in judicio vel extra illud posse, neque easdem præsentantes sub

Clausula soluta.

quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas quandocumque etiam in crastinum assumptionis Nostræ, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter ex quibuslibet causis, et sub quibusvis verborum expressionibus, tenoribus, et formis; ac quibusvis clausulis, et decretis, etiamsi in eis de eisdem presentibus, eorumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat, editas, et in posterum edendas comprehendendi, sed semper et omnino ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum et validissimum statum restitutas, repositas et plenarie reintegratas fore et esse.

Decretum irritans.

§. 8. Sicque et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios, aliosque quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, prærogativa, et privilegio fungentes, ac honore et præminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate, et auctoritate in quocumque iudicio, et in quacumque instantis iudicari, et definiiri debere, irritumque et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignorater contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§. 9. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostræ et cancellariæ apostolicæ præfatæ regulæ de jure quæsito non tollendo, aliisque in contrarium præmissorum quomodolibet etiam in synodali- bus provincialibus, generalibus, et universalibus conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus pro tempore concessis, et concedendis. Quibus omnibus et singulis etiamsi pro illorum sufficienti de-

rogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, tenore hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent eisdem presentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris latissime, et plenissime ad præmissorum validissimum effectum specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide hac vice dumtaxat, harum quoque serie motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus derogamus cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 10. Volumus autem quod ecclesia cathedralis Scepusiensis per Nos, ut præfertur, erecta, juxta ejus redditus de more taxari, et hujusmodi taxa in libris cameræ apostolicæ describi debeat, quodque in exequutorem pro executione tantum earundem presentium dilectus filius Noster, et Sedis apostolicæ præfatus nuncius Viennensis cum facultate subdelegandi deputetur.

Descriptio redditus peragen- da in libris camera.

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ divisionis, separationis, decorationis, suppressionis, extinctionis, erectionis, institutionis, declarationis, constitutionis, assignationis, admissionis, concessionis, reservationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud s. Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo sexto tertio idus martii, pontificatus Nostri anno secundo.

Senectio poene- lis.

LXXXI.

Dat. die  
13 martii  
1776.  
Anno II.

Separatio oppidi Rosnaviensis ab archidiecesi Strigoniensi, et illius erectio in cathedralam.

Pius episcopus.

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium

§. 1. **A**postolatus officii Nostri ministerium, quo Deo dante licet immerito fungimur in terris, equidem non utilius quam in fovendis piis religiosisque regalium principum desideriis, qui singulari studio animarum Christifidelium salutem exquirunt exercere posse arbitramur, proptereaque hujusmodi desideriis consona sunt liberali animo concedimus confidentes, quod per Nos apostolica benignitate elargita divini cultus incremento, et animarum profectui sint profutura.

Expositio pro-  
cum porrecta-  
rum.

§. 2. Cum itaque sicut Nobis innotuit metropolitanæ ecclesiæ Stigoniensis archidiecesis ea sit vastitas, et latitudo, ut unus tantum pastor singulorum Christifidelium suæ pastoralis curæ creditorum vultus inspicere nequeat, charissima vero in Christo filia Nostra Theresia Hungariæ et Bohemiæ regina apostolica pro orthodoxæ religionis incremento probe censuerit huic malo, et incommodo tum prospici posse, si oppidum Rosnaviense ab ipsa archidiecesi Strigoniensi dismembraretur, ipsumque oppidum Rosnaviense in episcopatum apostolica auctoritate erigeretur, prout ipsius Mariæ Theresiæ reginæ apostolicæ suis regiis literis ad Nos datis perspicue ostenditur.

Tenor concessio-  
nis.

§. 3. Nos omnibus mature perpensis, auditoque nonnullorum venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium consilio, dictæ Mariæ Theresiæ reginæ apostolicæ votis clementer indulgere, eosdemque Christi fideles quantum in Domino licuerit specialibus favoribus, et gratiis prosequi, tum eorum spirituali bono, ac saluti consulere volentes, motu proprio, et ex certa scientia præfatum oppidum Rosnaviense ab eadem archidiecesi Strigoniensi penitus, et perpetuo dicta apostolica auctoritate tenore præsentium dividimus, et separamus, ipsumque oppidum Rosnaviense sic divisum, ac separatam juxta canonicas sanctiones episcopalis civitatis titulo, et honore apostolica auctoritate

præfata etiam perpetuo decoramus, et ecclesiam in eodem oppido per Nos civitatis titulo, ut præfetur, decorato existentem, et a dilecto filio Nostro, et Sedis apostolicæ nuncio Viennensi designandam, de apostolicæ potestatis plenitudine in ecclesiam cathedralam Rosnaviensem pro uno episcopo Rosnaviensi, qui omnibus episcopalibus insigniis, privilegiis, et prærogativis eisdem modo et forma, quibus cæteri episcopi præsertim Hungariæ regni perfruuntur, et gaudent, cum omnimoda jurisdictione episcopali in civitate Rosnaviensi, et infrascripta diecesi, ut infra, assignanda, perfruatur et gaudeat, et in eadem ecclesia, ut præfetur, designanda, et in ecclesiam cathedralam Rosnaviensem, ut infra, erigendam, unam præposituram quæ inibi post pontificalem major, et unum lectoratum qui etiam inibi secunda, et unum cantoratum qui pariter inibi tertia, et unum custodiatum qui similiter inibi quarta respective dignitates existant, ac unum et unam, ac alterum et alteram respective canonicatus, et præbendas pro totidem clericis seu presbyteris futuris in ea præposito, ac lectore, cantore ac custode, ac uno et altero canonicis, adeoque capitulum dictæ ecclesiæ, ut præfetur, designandæ et in ecclesiam cathedralam, ut præfetur, erigendæ sex individuis sit compositum.

§. 4. Eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo erigimus, et instituimus, ut pro dictæ ecclesiæ episcopalis Rosnaviensis per Nos, ut præfetur, erectæ dote, et ad episcopalem dignitatem decenter tuendam, summam quatuordecim millium florenorum monetæ illarum partium a dicta Maria Theresia regina apostolica constitutam, ac ex bonis percipiendam ad dominium Rosnaviense spectantibus, et per archiepiscopatum Strigoniensem hactenus possessis, nec non ex decimis, quas idem archiepiscopus Strigoniensis in comitatibus Gamoriensi, et Tornensi antehac percipiebat, nec non ex medietate archiepiscopatum hujusmodi decimarum comitatus Neogradiensis ad rationem districtus Lessonozensis depensarum (salvis nihilominus decimis, et quartis capituli dictæ metropolitanæ ecclesiæ Strigoniensis, et nonnullarum ejusmodi gremialium dignitatum in præfatis comitatibus et districtibus huc usque possessis) simul cum cunctis castris, castellis, oppidis, villis, possessionibus, prædiis, fructibus, redditibus, proventibus, obventionibus, et emolumentis ad præfatum dominium Rosnaviense de jure,

Privilegia concessa ecclesiæ cathedrali.

et ab antiquo spectantibus, et pertinentibus quovis nominis vocabulo nuncupatis, ubicumque existentibus; et habitis percipiendis apostolica auctoritate præfata pariter perpetuo constituimus, et assignamus; cum obligatione tamen futuro episcopo Rosnaviensi eas parochiales ecclesias instituendi, quæ sibi necessariæ videbuntur. Et pro diœcesi futuri episcopi Rosnaviensi integros comitatus Gamoriensem, et Tornensem, et ex comitatu Scepusiensi districtum Submontanum nuncupatum, districtum Kis-Montensem ex comitatu Neogradiensi, districtum Lessonezensem sic dictum, ex comitatu Abavivariensi quinque vicinas parochiales ecclesias huc usque exemptas ab ordinarii Agriensis jurisdictione, et ad præfatum archiepiscopatum Strigoniensem æque spectantes, et per ordinis Præmostratensis canonicos regulares hæcenus in spiritualibus provisas apostolica auctoritate præfata perpetuo quoque constituimus, et assignamus.

Juspatronatus conceditur regibus hungariæ, et successoribus in perpetuum

§. 5. Et favore dictæ Mariæ Theresiæ reginæ apostolicæ, ejusque in præfato Hungariæ regno successorum regum jus nominandi, seu præsentandi, infra tempus a jure præfixum, Nobis, et successoribus Nostris Romanis pontificibus, pro tempore existentibus, personam idoneam ad dictam ecclesiam episcopalem Rosnaviensem per Nos, ut præfertur, erectam, et a primæva illius crectione vacantem, tam pro primæ vice, quam etiam in posterum in futuris illius vacationibus pari prorsus modo quo ad nominationem, seu præsentationem eandem episcopi aliarum ecclesiarum in præfato regno Hungariæ existentium a Sede apostolica præfata præfici consueverunt, cum ea tamen lege, quod tam episcopus Rosnaviensi in dicta ecclesia cathedrali Rosnaviensi per Nos, ut præfertur, erecta, et a primæva illius erectione hujusmodi successores omnes ordinariæ jurisdictioni pro tempore existentis archiepiscopi Strigoniensis uti eorum metropolitani subjecti sint, et esse debeant apostolica auctoritate præfata etiam perpetuo clementer admittimus.

Eidem patrono, et successoribus conceditur jus nominandi ad omnia beneficia ecclesiastica ejusvis generis.

§. 6. Et insuper eodem modo eidem Mariæ Theresiæ reginæ apostolicæ ejusque in præfato Hungariæ regno successoribus regibus præfatis jus omnia beneficia ecclesiastica, ac canonicatus, et præbendas in capitulo dictæ ecclesie cathedralis Rosnaviensi per Nos, ut præfertur, erecta existentia, et existentes conferendi, dicta apostolica auctoritate pariter concedimus et reservamus; admissa tamen per eandem Mariam Theresiam regi-

nam apostolicam favore pro tempore existentis episcopi Rosnaviensi in casu singulæ vacantie pro tali supplenda duorum idoneorum subjectorum electione, ac dictæ Mariæ Theresiæ reginæ apostolicæ, ejusque in præfato Hungariæ regno successoribus regibus præfatis demissa præsentatione, absque tamen ulla ejusdem Mariæ Theresiæ reginæ apostolicæ, ejusque in præfato Hungariæ regno successorum regum præfatorum ad hanc præsentationem restrictione.

§. 7. Decernentes easdem præsentatas literas semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus et singulis ad quos spectat, et pro tempore spectabit quomodolibet in futurum firmiter, et inviolabiter observari debere, ac nullo umquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa, quantumvis juridica et legitima, etiam ex eo quod causæ propter quas eadem præsentatas emanarunt adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut quolibet alio quantumvis magno, substantiali, substantialissimo, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specialem, et individuam mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, et quævis alias servanda, et adimplenda, servata et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure, vel facto, seu statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque alio prætextu, aliaque ratione, vel causa, etiam quantumvis iusta, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostræ, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, concesso, et impetrato, vel emanato quempiam, uti, seu se juvari in iudicio, vel extra illud posse, neque easdem præsentatas sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus,

Clausula salutares.

aliisque contrariis dispositionibus per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas quancumque etiam in crastinum assumptionis Nostræ, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter ex quibuslibet causis, et sub quibusvis verborum expressionibus, tenoribus et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiam si de eisdem præsentibus, earumque toto tenore ac data specialis mentio fiat, editas, vel in posterum edendas comprehendere, sed semper et omnino ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore et esse.

Decretum irritans.

§. Sicque, et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem S. R. E. cardinales, etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios, aliosque quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, prærogativa, et privilegio fungentes, ac honore, et præeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate in quocumque iudicio, et in quacumque instantia iudicari, et definiri debere, irritumque et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Derogatio contrariarum.

§. 9. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ præfate regula de jure quæsito non tollendo; aliisque in contrarium præmissorum quomodolibet etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, et universalibus conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus, apostolicis; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis, quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus pro tempore concessis et concedendis. Quibus omnibus et singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, earumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu

quævis aliæ expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent, eisdem præsentibus pro plene et sufficienter expressis habentes illis aliis in suo robore permanens latissime, et plenissime ad præmissorum validissimum effectum specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide hac vice dumtaxat harum quoque serie, motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 10. Volumus autem quod ecclesia cathedralis Rosnaviensis per Nos, ut præfertur, erecta, juxta ejus redditus de more taxari, et hujusmodi taxa in libris cameræ apostolicæ describi debeat, quodque in exequutorem pro executione tantum earundem præsentium præfatus Noster, et Sedis apostolicæ præfate nuncius Viennensis, cum facultate subdelegandi deputetur.

Leges speciales servandæ pro descriptione redditus ecclesiarum in libris cameræ apostolicæ.

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ divisionis, separationis, decorationis, erectionis, institutionis, constitutionis, adsignationis, admissionis, concessionis, reservationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo sexto tertio idus martii pontificatus Nostri anno secundo

Sancti poenali





LXXXII.

Dat. die  
23 martii  
1776.  
Anno II.

Unio ecclesiarum parochialium comi-  
tatus Nitriensis cum archidiœcesi  
Strigoniensi.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proœnium.

§. 1. Inscrutabili divinæ providen-  
tiæ arcano ad divi Petri cathedram si-  
cet immerito sublimati, eo Nostræ con-  
siderationis aciem convertere debemus,  
quo Nostræ potestatis auctoritas anima-  
rum Christifidelium salutis novimus uti-  
liter proficere. Quamobrem regalium  
principum id a Nobis sollicita pietate  
exoptantium pia eorum vota prosequi  
studemus, prout confidimus in Domino  
salubriter expedire.

Tenor precum  
porrectarum  
a regina Hun-  
garia.

§. 2. Cum itaque charissima in Chri-  
sto filia Nostra Maria Theresia Hun-  
gariæ, et Bohemiæ regina apostolica No-  
bis exposuerit nonnullas parochiales ec-  
clesias in comitatu Nitriensi ad archi-  
diœcesim Strigoniensem pertinentes eo  
situ positas esse, ut ipsæ parochiales  
ecclesiæ limitibus diœcesis Nitriensis  
ferè includantur, uti quòque alias va-  
riis titulis exemptas parochiales ecclie-  
sias a præfata archidiœcesi Strigoniensi  
adeo distitas esse, ut etiam istæ a  
respective diœcesanis, in quorum diœce-  
sibus sitæ reperiuntur melius administra-  
ri possint; ideoquè eadem Maria Theresia  
regina apostolica Nobis humiles pre-  
ces obtulerit, ut parochiales ecclesiæ  
prædictæ suis respective diœcesibus apo-  
stolica auctoritate uniantur, et incorpo-  
rentur.

Tenor dismem-  
brationis, et  
unionis, cum  
enumeratione  
ecclesiarum  
dismembrata-  
rum, et unita-  
rum.

§. 3. Nos igitur precibus hujusmo-  
di annuentes motu proprio, deque apo-  
stolicæ potestatis plenitudine ab ipsa  
archidiœcesi Strigoniensi tenore præ-  
sentium perpetuo dismembramus, se-  
jungimus, et separamus infrascriptas  
parochiales ecclesias, videlicet distri-  
ctum Vesteniensem nuncupatum, nec  
non ex districtu pariter nuncupato Ta-  
leposcenensi parochiales ecclesias Bas-  
seniensem, Elephantensem, Kollossien-  
sem, Kovarezensensem, Szeplakensem,  
Szoltfanensem in comitatu Nitriensi  
erectas, easque diœcesi Nitriensi apo-  
stolica auctoritate præfata etiam perpetuo  
abducimus. Et parochiales ecclesias Le-  
lesztensem, et Kirales = Kelmuzensem  
in comitatu Templiniensi, easque diœ-  
cesi Agriensi eadem apostolica aucto-

Bull. Rom. Tom. V.

ritate etiam perpetuo unimus, et incor-  
poramus. Et parochiales ecclesias Ba-  
barczensem, Berkesdiensem, Bosochien-  
sem, Kemediensem Pey-Varadiensem,  
Szaichiensem, Szebenijensem a comita-  
tu Baranyensi, nec non Battayensem  
Battha-Szechiensem, Folduariensem, et  
Sexandiensem in comitatu Tolnensi si-  
tas, easque diœcesi quinque Ecclesiensi  
eadem apostolica auctoritate pariter per-  
petuo etiam abducimus. Et parochia-  
lem ecclesiam Szegediensem in comita-  
tu Gondradiensi sitam, eamque diœcesi  
Banadiensi, et parochiales ecclesias Al-  
ba-regalensem in comitatu Albensi, et  
Szar, seu Vo“ro“sheremsiensem, in co-  
mitatu Vesprimiensi sitas, easque diœ-  
cesi Vesprimiensi eadem apostolica au-  
toritate similiter perpetuo assignamus,  
ac parochiales ecclesias Iszolasiensem,  
Papensem, et Vasar Keliensem in eodem  
comitatu Vesprimiensi erectas, illasque  
diœcesi Taurinensi apostolica auctori-  
tate præfata pariter perpetuo unimus,  
et incorporamus: ac demum parochia-  
les ecclesias Eszekiensem in comitatu  
Vero“cziensi, et Petro-Veradinensem  
in comitatu Sirmiensi sitas diœcesibus  
Bosnensi, et Sirmiensi invicem perpe-  
tuo canonice unitis, una cum ecclesiis  
filiabus apostolica auctoritate præfata  
perpetuo quòque adjungimus.

§. 4. Decernentes easdem præsen-  
tes semper, et perpetuo validas, et effi-  
caces esse et fore, suosque plenarios  
et integros effectus sortiri, et obtinere;  
ac ab omnibus et singulis ad quos spe-  
ctat nunc, et pro tempore spectabit in  
futurum firmiter, et inviolabiliter obser-  
vari debere, ac nullo unquam tempore  
ex quocumque capite, vel qualibet causa  
quantumvis juridica, et legitima, etiam  
ex eo quod causæ propter quas eadem  
præsentibus emabarunt adductæ, verifica-  
tæ, et justificatæ non fuerint de subre-  
ptionis, vel obreptionis, aut nullitatis,  
seu invaliditatis vitio, seu intentionis No-  
stræ, vel quolibet alio quantumvis ma-  
gno, substantiali, substantialissimo, inex-  
cogitato, et inexcogitabili, ac specialem, et  
individuum mentionem, et expressionem  
requirentem defectu, seu etiam ex eo quod in  
præmissis, eorumque aliquo solemnitates,  
et quævis alia servanda et adimplenda,  
servata et adimpleta non fuerint, aut  
ex quocumque alio capite, jure, vel fa-  
cto, seu statuto, vel consuetudine  
aliqua resultante, seu etiam enormis,  
enormissimæ, totalisque læsionis, aut  
quocumque alio prætextu, aliave ra-  
tione, vel causa etiam quantumvis ju-  
sta, rationabili, legitima, juridica, pia,

Clausula salu-  
tates,

D d

privilegiata etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostræ, et alijs superius expressis nullibi appareret, seu probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus vel controversiam revocari, aut ad viam et terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperi- tionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu, et potestatis plenitudine paribus, concessio, et impetrato, vel emanato quempiam uti, seu se juvare in judicio, et extra illud posse, neque easdem præsentibus sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus per quas- cumque literas, et constitutiones apo- stolicas, aut cancellariæ apostolicæ re- gulas quandocumque etiam in crasti- num assumptionis Nostræ, ac successorum Nostrorum Romanorum pontifi- cum ad summi apostolatus apicem, et- iam motu, et potestatis plenitudine si- milibus, etiam consistorialiter ex quibus- libet causis, et sub quibuslibet verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis et- iam in eis eisdem præsentibus, ea- rumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat editas, et in posterum eden- das comprehendere, sed semper et omni- no ab illis excipi, et quoties illæ ema- nant, toties in pristinum, et validissi- mum statum restitutas, repositas, et ple- narie reintegratas fore et esse.

Clausula su-  
blata, et decre-  
um irritans.

§. 5. Sicque et non alias per quos- cumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam cau- sarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, vice legatos, ac Sedis apostolicæ nuncios, aliosque quoscum- que quavis auctoritate, potestate, faculta- te, prærogativa, et privilegio fungentes, ac honore, et præeminentia fulgentes su- blata eis, et eorum cuilibet aliter judi- candi, et interpretandi facultate, et au- ctoritate in quocumque iudicio, et in qua- cumque instantia iudicari, et definiri debe- re: irritum quoque et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scien- ter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-  
trariarum.

§. 6. Non obstantibus, quatenus op- pus sit, Nostræ, et cancellariæ apostoli- cæ præfatæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque in contrarium præmis- sorum quomodolibet etiam in synoda-

libus, provincialibus, generalibus, et uni- versalibus conciliis editis, vel edendis, spe- cialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis qui- busvis superioribus, et personis sub qui- buscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacis- simis, et insolitis clausulis, ac irritanti- bus decretis in genere, vel in specie etiam motu, et potestatis plenitudine pa- ribus: pro tempore concessis, vel con- cedendis. Quibus omnibus, et singulis etiam si pro illorum sufficienti dero- gatione alias de illis, eorumque totis te- noribus specialis, specifica, et individua non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia ex- pressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omissis, ac for- ma in illis tradita observata inserti fo- rent eisdem præsentibus pro plenæ, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris latissime, et plenissime ad præmissorum validis- simum effectum specialiter, et expres- se, nec non opportune ac valide hac vice dumtaxat harum quoque serie motu, et potestatis plenitudine similibus dero- gamus, ceterisque contrariis quibuscum- que.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ dismembra- tionis, sejunctionis, separationis, additio- nis, unionis, incorporationis, adjunctionis decreti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis au- tem hoc attentare præsumperit indigna- tionem omnipotentis Dei, ac sanctorum Petri et Pauli apostolorum ejus se no- verit incursum. Datum Romæ apud san- ctum Petrum anno incarnationis Domini- cæ millesimo septingentesimo septua- gesimo sexto, tertio idus martii, pontifi- catus Nostri anno secundo.

Sanctiæ romanæ

LXXXIII.

Dat. die  
15 martii  
1776.  
Anno H.

Confirmantur constitutiones pro fratribus ordinis B. M. de monte Carmelo exalceatis nuncupatis provinciarum Franciæ.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Injunctæ Nobis cœlitus apostolicæ sollicitudinis ratio postulat, ut inter multiplices pastoralis Nostri muneris curas, illam peculiari studio complectamur, per quam Christifideles sub suavi religionis jugo divini Numinis obsequiis insistentes, et honorum operum fructus, adspirante superni favoris auxilio, proferre jugiter satagentes, felicitatibus in dies proficiant incrementis, ac propterea, quæ pro eorum felici, ac prospero gubernio provide, prudenterque constituta fuisse noscuntur, ut firmiora persistant, apostolici muniminis præsidio roboramus.

Expositio præsentium.

§. 2. Nuper siquidem pro parte dilectorum filiorum fratrum ordinis beatæ Mariæ de monte Carmelo discalceatorum nuncupatorum in regnis Galliarum existentium Nobis exposuit dilectus itidem filius Eliseus, a Conceptione procurator generalis ejusdem ordinis, et congregationis Italiæ, quod cum in congressu nationali, seu in comitiis generalibus omnium provinciarum ipsius ordinis, et regni prædicti absolutum fuisset opus, seu codex constitutionum generalium pro fratribus ordinis, et nationis hujusmodi conditarum, postmodum supplices porrectæ sunt preces felicitis recordationis Clementi pp. XIV. prædecessori Nostro pro earum confirmatione, et approbatione. Ipse vero Clemens prædecessor earundem constitutionum examen dilecto filio Nostro Francisco Xaverio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero Cardinali de Zelada nuncupato commisit, qui summo studio, ac singulari sane diligentia demandatam sibi munus absolvit, ac nonnulla addenda, aut varianda esse censuit.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos itaque eosdem fratres provinciarum prædictarum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt,

hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audita super præmissis relatione ipsius Francisci Xaverii cardinalis, constitutiones prædictas in congressu nationali, seu in comitiis generalibus earundem provinciarum regnorum Galliarum pro eisdem provinciis, ut præfertur, editas, et ab eodem Francisco Xaverio cardinali perpensas, examinatas, atque subscriptas, una cum additionibus, atque variationibus in eis contentis, et expressis, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ, ac inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus.

§. 4. Decernentes ipsas præsentibus litteras firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublatæ, et decretum irritans

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et provinciarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et litteris apostolicis superioribus, ac personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et alijs decretis in genere, vel in specie, ac alijs in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plena, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quinta martii millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.

Derogatio contrariorum.

LXXXIV.

Dal. die  
16 martii  
1776.  
Anno II.

Confirmatio concordiae inter episcopum  
Celsonensem, et abbatem Rivipullen-  
sem initae.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium

§. 1. **D**um universi gregis Dominici curam imbecillitati Nostrae commissam ex hoc apostolicæ Sedis fastigio majori, qua possumus, vigilantia, ac sollicitudine administrare satagimus, ad ea potissimum, quæ pro personarum quarumlibet, præsertim ecclesiastica qualitate pollentium quiete, et tranquillitate fovenda, et conservanda admodum apta, ac idonea dignoscuntur, libenti animo intendimus, ac iis, quæ vicissim provide per concordiae ministerium ordinata esse comperimus, ut illa firma persistent; apostolici muniminis robur adiciamus, prout in Domino magis expedire arbitramur.

Expositio præ-  
cum parrecta-  
rum.

§. 2. Nuper siquidem pro parte venerabilis fratris Raphaelis episcopi Celsonensis, et dilectorum filiorum Josephi Oriol moderni abbatis infrascripti monasterii, atque Ignatii Bonaventuræ de Brazò monachi, et sacristæ majoris monasterii regii nuncupati sanctæ Mariæ Rivipulli ordinis sancti Benedicti congregationis claustralium Nullius diocesis provinciae Tarraconensis expositum Nobis fuit, acerrimas inter ipsos, eorumque respective antecessores jam pridem viguisse lites, atque judiciales controversias super pertinentia territoriali, et jurisdictionali nonnullarum ecclesiarum parochialium, et filiarum, earumque populorum, et beneficiorum collationem in diversis tribunalibus, ac etiam in palatii Nostri apostolici causatum auditorio; quippe quia utraque pars ad ipsius diocesis, et abbatiæ respective territorium, ac sacristæ majoris officium præmissa spectare aserebat. Facis vero, ac tranquillitatis studium, quo pro eximia sua singulari pietate flagrat carissimus in Christo filius Noster Karolus Hispaniarum rex catholicus effecit, ut reservatis tum dictarum litium diuturnitatibus, ac dispendiis, cum partium querelis, ac simultatibus, quies tandem restituta sit ope concordiae, quæ unanimi consensu capitulorum ecclesie Celsonensis, et respective dicti monasterii sub nonnullis pactis, renuntiationibus, et reciprocis cessionibus per suos

legitimos procuratores sub Nostro, et Sedis apostolicæ beneplacito inita fuit juxta tenorem, qui sequitur nempe.

Karolus Dei gratia Hispaniarum  
Indiarumque rex

§. 3. Exposito Nobis nuper pro parte rev. in Christo patris episcopi Celsonensis, et ven. abbatis monasterii sanctæ Mariæ de Rivopullo ordinis sancti Benedicti, quod inter cæteras lites, et controversias omnium inter ipsorum prædecessores vertentes major, atque præcipua fuit circa territorii vere, ac proprie separati jurisdictionem, quam dictus abbas ex apostolicis concessionibus interpretativa observantia, et immemorabili consuetudine sibi competere prætendebat super sex, pluresve ecclesias parochiales, earumque populos, rev. Celsonensi episcopo contradicente, easque, et eos, nedum in suo diocesano districtu existere, sed etiam proprie, ac native sibi subiecti contendente, tamquam in illo ex assensu pontificio, ac regio inclusas, et inclusos, nec non in erectione sui episcopatus apostolicis literis specificè, ac individualiter descriptas, ac descriptos, inde vero factum fuisse, quod vacante una ex dictis ecclesiis parochialibus, et utroque ex dictis prælatis ad appositionem œconomi præcedente, habito ad cameræ Nostræ consilium recursu, exindeque regii Barcinonensis prætorii informatione petita, ac recepta, accurateque cribatis juribus utriusque partis, ac Nostris ex concordato cum sancta Sede apostolica ultimo loco inito provenientibus pro eo, quod spectat modum explendi provisiones dictarum ecclesiarum, quatenus eas in mensibus, casibusque reservationum vacare contingat, significatum fuerit ipsis prælatis Nostrum fore beneplacitum, ut quoad indictiones concursuum, extensiones elenchi approbatorum in examine, institutiones, canonicasve collationes sua compromitterent jura, prout re ipsa in arbitros a Nobis approbatos, sine tamen effectu, compromisisse, quia unus ab humanis, alter vero ab eo, quem gerebat, magistratu, nullo prolato arbitrio, excesserunt. Post hæc, Sede episcopali Celsonensi suo viduata pastore, mox ex præsentatione nostra ad eandem promotò moderno illius episcopo cum de antecederent gestis edoctus, et de sui episcopatus juribus plene fuisset instructus, egisse, ac serio simul cum Rivipullensi abbate sui juris conscio tractasse tum de iis, quæ

Tenor decre-  
ti editi a rege  
Hispaniarum,  
et Indiarum.

sub controversiis veniebant, cum de cæteris, quæ exinde suscitari facile possent, utrumque vero pacis spiritu, cordis sinceritate, nostraque complendi desideria, voto ductum considerasse, efformasse, et per suos hinc inde procuratores subscripsisse pacta reciproca concordia, et ea ipsa, tamquam in utriusque utilitatem vergentia, in desuper stipulato instrumento inserta ad nos transmississe, supplicantes proinde, ut ea regie approbationis nostræ in forma specifica decreto muniri velle dignaremur, nostrosque in alma urbe Roma administro, ut pro apostolica confirmatione obtinenda omni meliori modo satageret, mandavimus, cujus quidem concordia instrumentum est tenoris sequentis, videlicet.

In nomine Domini. Amen.

Tenor pro-  
rationis relaxa-  
tae ab episcopo  
Celsonensi,  
pro subscriben-  
do instru-  
mento concordia.

§. 4. In civitate Celsonensi provinciae Tarraconensis pridie kalendas novembris anno a nativitate Domini MDCCLXXIV. coram nobis notariis publicis infrascriptis simul stipulantibus, et in solidum fidem perhibentibus personaliter constituti dd. Josephus Antonius de Urien decanus ecclesiae cathedralis hujus civitatis procuratorio nomine rmi domini fratris Raphaelis la Sala Celsonensis episcopi, et dominus Joachimus de Salla prior monasterii sanctae Mariae de Rivopullo Nullius diocesis monachorum ordinis sancti Benedicti congregationis Tarraconensis, et Caesaraugustanae procuratorio nomine admodum rev. patris domini Josephi Oriol dicti monasterii abbatis, nec non p. d. Ignatii Bonaventurae de Brazo monachi, et sacristae majoris ejusdem monasterii, prout de eorum respective mandatis constat, quæ unum post aliud hic inseruntur, tenoris sequentis, videlicet = Præsenti publico instrumento notum sit, quod illustrissimus, et reverendissimus dominus fr. Raphael La Sala Dei, et sanctae Sedis apostolicae gratia episcopus Celsonensis, praesentibus me notario, testibusque infrascriptis exponit, quod eum inter ipsum ex una, et perillustrem patrem abbatem monasterii sanctae Mariae de Rivopullo hujusce provinciae ex altera partibus modo tractetur de ineunda concordia super pertinentia nonnullarum parochialium ecclesiarum, et exercitio jurisdictionis spiritualis in eisdem, quam cito concludi speratur, ne per se aliis sui episcopatus negotiis distentum, stet, quominus optatum finem habeat, gra-

tis, et ex certa scientia, ac omni meliori modo suum constituit procuratorem cum plena facultate, prout de jure dominum Josephum Antonium de Urien presbyterum decanum suae cathedralis ecclesiae, licet absentem, ad hoc ut simul cum perillustri abbate Rivipullensi, seu ejus legitimo procuratore, et cum approbatione utriusque capituli Celsonensis, et Rivipullensis concordiam inire valeat super omnibus quaestionibus inter dictas partes pendentibus in praeteritum, et de praesenti tam in judicio deductis, quam non deductis, quoad ecclesias, et parochiales quascumque sitas intra limites episcopatus Celsonensis pro eo quod spectatum illarum jurapatronatus, provisiones, et institutiones, cum exercitium jurisdictionis spiritualis, et principaliter, et expresse quoad ecclesias parochiales sancti Tirsi de Pinello, et sanctae Mariae de Cervaria cum ejus filiali sancti Salvatoris de Bergos, hebdomadarias simplices, beneficium sacristiae, aliaque in illis fundata, et quoad ecclesias parochiales, ac beneficia curata sanctae Mariae de Marlès, sanctae Mariae de Borrada cum sua filiali, sanctae Mariae de Rotges, sancti Romani de Aranoñet, sancti Andreae de Gargalla cum sua filiali, sancti Saturnini de Figols, sancti Andreae de Grexer, annexae sancti Michaelis de Gisclareny, sancti Vincentii de Obiols, sanctae Mariae de Sorba cum sua annexa, sancti Jacobi de Cadonnet, et sancti Cucufatis Saloa alias del Racò cum sua annexa sanctae Mariae de Ecclesiis, et ad hunc effectum inire, ac subscribere valeat quaecumque transactionis, seu concordiae, et alia necessaria instrumenta cum pactis, et conditionibus supradicto procuratori benevisis, et signanter cedendi territoria ecclesiarum, et locorum, quae sita sint in districtu episcopatus, si, et quatenus necesse fuerit, et consensum praestare illorum separationi, et aggregationi in eorum omnimoda jurisdictione territorio abbatis Rivipullensis, cum renuntiatione quibuscumque juribus episcopalibus, aliisque, sive tamquam ordinario, sive uti delegato apostolico vigore decretorum concilii Tridentini, et apostolicarum constitutionum competentibus, et pro ineundarum conventionum implemento obligare valeat bona, redditus, et emolumenta mensae episcopalis Celsonensis cum generali renuntiatione quarumcumque legum auxilio, caeterisque clausulis ad id necessariis, et interpositione juramenti in

animam ipsius constituentis, et generaliter cum facultate faciendi quæcumque ipse constituens, si præsens foret, agere posset, etiamsi ea essent, quæ magis speciale mandatum requirerent; ipsum namque, quod conferre potest, plene confert, extendendum ad annexa, et connexa, incidentia, et dependentia, et cum libera, promittens habere ratum quidquid præsentis vigore actum fuerit, nec unquam revocaturum. In quorum fidem idem illūnus, et rñus episcopus se subscribit. Celsonæ die 27 octobris 1774; præsentibus dominis Augustino Ansaldo, et Vincentio Barracchina ejusdem domini episcopi familiaribus, testibus ad præmissa vocatis.

Fr. Joseph episcopus Celsonen.

Ita est Joseph Ceriola, et Font apostolica, et regia auctoritatibus notarius rogatus in fidem ec.

Procurator  
relatus ab  
abbate - M  
na de Rivipul  
in ad esse in  
apostolica  
idem instru  
mentum con  
stitutum

§. 5. Præsenti publico instrumento notum sit quod perillustris r. d. Joseph Oriol, et Tord Dei, et sanctæ Sedis apostolicæ gratia abbas regii monasterii sanctæ Mariæ de Rivipullo Nullius diocesis provincie Tarraconensis ordinis sancti Benedicti, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in capite et membris immediate subjecti cum territorio separato, præsentibus me notario, et testibus infrascriptis exponit, quod cum inter ipsum ex una, et illustrissimum, ac reverendissimum dominum episcopum Celsonensem ambos hujus provincie Tarraconensis ex altera partibus modo tractetur de ineunda concordia super pertinentia nonnullarum ecclesiarum parochialium, et exercitio jurisdictionis spiritualis in eisdem quam cito concludi speratur; sed quia ipse propter protractam ætatem, malamque valetudinem Celsonam, ut opus foret, se transferre non valet, ne per se stet, quominus optatus finis habeatur, sponte, ac alias omni meliori modo suum constituit procuratorem cum plena facultate, et absque ulla limitatione illustrissimum dominum Joachimum de Sallà monachum priorem, ac in spiritualibus, et temporalibus vicarium generalem, et officialem ejusdem monasterii Rivipullensis, licet absentem, ad hoc ut simul cum præfato reverendissimo episcopo Celsonensi, sive ejus legitimo procuratore, et cum approbatione utriusque capituli Rivipullensis, et Celsonensis concordiam inire valeat super omnibus quæstionibus inter dictas partes pendentes in præteritum, et de præsentem tam

in judicium deductis, quam non deductis, quoad ecclesias, et parochiales quascumque sitas in territorio abbatiali Rivipullensi pro eo, quod spectat, tum illarum juratronatus, provisiones, et institutiones, cum exercitium jurisdictionis spiritualis, et principaliter, ac expresse quoad ecclesias parochiales sancti Tirsi de Pinello, et sanctæ Mariæ de Cervaria cum ejus filiali, sancti Salvatoris de Bergos, hebdomadarias simplices, beneficium sacristiæ, aliaque in illis fundata, et quoad ecclesias parochiales, et beneficia curata sanctæ Mariæ de Marlés, sanctæ Mariæ de Borradà cum sua filiali, sanctæ Mariæ de Rotges, sancti Romani de Aranoñet, sancti Andreæ de Gargallà cum sua filiali, sancti Saturnini de Figols, sancti Andreæ de Grexer, annexæ sancti Michaelis de Gisclareny, sancti Vincentii de Obiols, sanctæ Mariæ de Sorba cum sua annexa, sancti Jacobi de Codoñet, et sancti Cucufatis Salon alias de Raxò cum sua annexa, sanctæ Mariæ de Ecclesiis; et ad hunc effectum inire, ac subscribere valeat quæcumque transactionis, seu concordie, et alia necessaria instrumenta cum pactis, et conditionibus supradicto procuratori benevisis, et siquanter cedendi territoria ecclesiarum, et locorum, quæ sita sint in territorio abbatiali, si, et quatenus necesse fuerit, et consensum præstare illorum separationi, et aggregationi in eorum omnimoda jurisdictione diocesi Celsonensi, cum renunciatione quibuscumque juribus abbatialibus, aliisque sive tamquam ordinario, sive uti delegato apostolico vigore decretorum concilii Tridentini, et apostolicarum constitutionum competentibus, et pro ineundarum conventionum implementa obligare valeat bona, redditus, et emolumenta mensæ abbatialis Rivipullensis cum generali renunciatione quarumcumque legum auxilio, cæterisque clausulis ad id necessariis, et interpositione juramenti in animam ipsius constituentis, et generaliter cum facultate faciendi quæcumque ipse constituens, si præsens foret, agere posset, etiamsi ea essent, quæ magis speciale mandatum requirerent, ipsum namque, quod conferre potest, plene confert, extendendum ad annexa, et connexa, incidentia, et dependentia, et cum libera, promittens habere ratum quidquid præsentis vigore actum fuerit, nec unquam revocaturum. In quorum fidem idem perillustris p. abbas se subscribit. Rivipulli die 13 octobris 1774 præsentibus Jacobo Palmerola, Quidàdo

Terratellas testibus ad præmissa vocatis.

D. Joseph abbas Rivipulli.

Ita est Franciscus Peraller regia auctoritate notarius publicus rogatus: In fidem etc.

In civitate Barcinonis die 9 octobris 1774.

Illustris r. dominus Ignatius Bonaventura de Brazò monachus, et sacrista major regii monasterii sanctæ Mariæ de Rivipullo Nullius diœcesis ordinis sancti Benedicti congregationis, et provinciæ Tarraconensis cum territorio separato sanctæ Sedi apostolicæ immediate subjecto, cum a perillustri domino abbate, et capitulo dicti monasterii sibi communicata nuper fuerit concordia ineunda inter illustrissimum, et reverendissimum dominum episcopum Celsonensem ex una, et perillustrem dominum abbatem Rivipullensem ex altera partibus super litibus, et controversiis inter dictas partes vertentibus quoad exercitium jurisdictionis ordinariæ in nonnullis parochiis, et ecclesiis, divisionemque territoriorum uni, alterive parti respective competentium, de consensu utriusque capituli, cumque in eadem pro parte dicti domini abbatis cum suo monasteriali capitulo inter alias cedatur reverendissimo episcopo, et diœcesi Celsonensi ecclesiâ, et parochiâ sancti Tirsi de Pinello, et in castro dictæ parochiæ fundatum reperiat beneficium sub invocatione ejusdem sancti Tirsi, quod est præsentationis sacristiæ majoris pro tempore dicti monasterii, hinc quoniam ipse personaliter adesse nequit ad præstandum suum, uti major sacrista, consensum hujusmodi concordiæ, sponte, ac alias omni meliori modo suum constituit procuratorem cum plena facultate illustrissimum dominum Joachimum de Sallâ monachum priorem, ac vicarium generalem dicti monasterii licet absentem, ad hoc, ut suo, uti sacristæ majoris, nomine, et omne suum, suorumque in dicto officio successorum jus, et interesse representando, ratificare valeat cessionem, et renunciationem patronatus, et præsentationis dicti beneficii, ejusmodi concordiæ, prout in ea continetur, consensum præstando etiam cum juramenti interpositione, plenam desuper facultatem conferendo cum libera, et eum revelatione, ac obligatione bonorum, et reddituum dignitatis sacristiæ majoris, et generali renuntiatione. In quorum fidem se subscribit, præ-

sentibus Augustino Matas, et Jacobo Rosell testibus ad præmissa habitis.

Dominus Ignatius Bonaventura de Brazò.

Ita est Guillelmus Odena auctoritate regia notarius publicus In fidem.ec.

§. 6. Supradicti itaque procuratores exponunt, dudum varias insurrexisse lites, et controversias jurisdictionales inter Celsonenses episcopos ex una, et abbates Rivipullenses ex altera partibus, quas quidem amicabiliter terminare, et futurarum originem radicitus amputare cupientes præfati episcopus Celsonensis, et abbas Rivipullensis per se ipsos, aliosque probos, literatosque viros omnibus serio, matureque cribratis, ac de modo magis opportuno ad se, suasque dignitates ab hujusmodi contentionibus extricandos, habitis colloquiis, ex præhabitis inquisitionibus agnitum est. Primum, quod Rivipullensis abbas ad se uti proprias spectare intendebat ecclesias parochiales sancti Tirsi de Pinello, et sanctæ Mariæ de Cervaria cum sua filiali sancti Salvatoris de Bergos, usumque nonnullorum jurisdictionalium actuum in illis a suis prædecessoribus gestorum, quamvis sitæ sint intra limites diœcesani districtus Celsonensis, prout etiam ad se pertinere juspatronatus quatuor hebdomadariarum simplicium, et beneficiorum sacristiæ indictis de Cervaria, et sancti Salvatoris de Bergos, nec non ad sacristiam majorem monasterii Rivipullensis, alterius sancti Tirsi in castri parochiæ de Pinello respective ecclesiis fundatorum ex diversis titulis, et statibus pro abbatibus quoad illa de Cervaria, et Bergos, et pro sacristis majoribus quoad illud de Pinello respective allegatis. Quæ quidem patronatus jura minime controvertebat Celsonensis episcopus, immo bona fide admittebat, quod autem ferre non valebat, erat prætensa ad abbatem pertinentia parochialium ecclesiarum de Cervaria, et Pinello, præter enim in controversam illarum situationem intra limites diœcesis Celsonensis, per quam satis episcopalis intentio fundatur, quoad legem diœcesanam, et spirituales jurisdictionem in illarum clerum, et populum ex curiæ episcopalis regestis plene constat, illas semper habitas fuisse tamquam de libera collatione ab usque erectione episcopatus uti tales ab episcopis fuisse provisas, nec aliquid unquam in contrarium actum.

Expositio status litium actuum ante concordiam, et jurium abbatibus

Secunda, et præcipua abbatis contentio versabatur circa territorium separatum, et quasi episcopalem jurisdictionem omnimodam cum qualitate vere Nullius, quam sibi asserebat in ecclesiis parochiales, et beneficia curata sanctæ Mariæ de Marlès, sanctæ Mariæ de Borrada cum sua filiali, sanctæ Mariæ de Rotges, sancti Romani de Aranoñet, sancti Andreæ de Gargallà cum sua filiali, sancti Saturnini de Figols, sancti Andreæ de Grexer, annexæ sancti Michaelis de Gisclareny, sancti Vincentii de Obiols, sanctæ Mariæ de Sorba cum sua adnexa, sancti Jacobi de Godoñet, sancti Cucufatis Salon alias de Racò, cum sua annexa, sanctæ Mariæ de Ecclesiis, eamque niti quibusdam apostolicis privilegiis a vetustissimis usque temporibus monasterio, et abbatibus Rivipullensibus concessis, in quibus descriptæ leguntur ecclesiæ sanctæ Mariæ de Borrada, sancti Vincentii de Obiols, sancti Andreæ de Grexer, annexæ sancti Michaelis de Gisclareny, Valles, et ecclesiæ sanctæ Mariæ de Marlès, sancti Romani de Aranoñet, illa de Gargallà, altera de Sorba cum illa de Godoñet, et alia sancti Cucufatis cum annexa sanctæ Mariæ de Ecclesiis, quæ hodieque existunt, et super quibus abbas suum separatum territorium constituit; tituli enim, quibus pollet, suam valide fundant intentionem, sin minus legitimitatem possessionem, quatenus de immemorabili non constaret, quæ tamen plene probatur juxta disposita in constitutione = Inter multa = s. m. Benedicti XIV. edita die 4 aprilis 1747 §. . . Et sane dubitari = ope continuæ observantiæ actuum jurisdictionis quasi episcopalis a moderno, et antecessoribus abbatibus in dictis parochiis habitorum, visitationem in eisdem ecclesiis peragendo ante, et post erectionem episcopatus Celsonensis, cum correctione, ac pœnis subditis tam sæcularibus, quam regularibus inflictis, edicta decernendo, censuras fulminando, confessarios approbando, licentias prædicando, et matrimoniis assistendo, publicationes dispensando, literasque ad id in alias dioceses mittendo, dimissoriales elargiendo, œconomos deputando, synodum convocando; beneficia tam curata, quam simplicia conferendo cum assertione, quod ad ipsos spectat illorum provisio, institutio, et omnimoda dispositio cum omnibus juri- bus, et pertinentiis suis, fidei professione; recipiendo, testamenta definien- do, pias causas decernendo, benefi-

clorum erectiones, uniones, et dismembrationes ordinando, ac cætera explendo, quæ ab episcopis in suis diocesis fieri solent, quæ quidem omnia nedum omnimodam quasi episcopalem in abbatibus jurisdictionem comprobant, sed insuper illius jus privativum propter plurimum actuum, et exercitii frequentiam in dictis parochiis absque concursu episcopi, tam illarum rectoribus, quam parochianis in suum ordinarium ipsum abbatem agnoscentibus.

§. 7. Contra reponente Celsonensi episcopo ecclesiarum descriptionem in privilegiis apostolicis nil ultra importare, quam passivam exemptionem, et sanctæ Sedis protectionem, minime vero gentium ordinariam, et quasi episcopalem jurisdictionem privativam cum territorio vere, et proprie a sua diocesi separato, et in abbatiam translato, minusque jurisdictionem in clericum, et populum, quæ sane requisita necessaria forent ad veri, propriique Nullius qualitatem inducendam cum separato territorio: hujus vero qualitatis exempla in vetustæ ætatis privilegiis non adesse, et antiquis monumentis testatur s. mem. Benedictus XIV. in constitutione " *Servitutis* " 76 §. eo magis tom. 4 sui Bullarii. Quo vero ad jurisdictionales actus in ecclesiis ab abbatibus Rivipullensibus habitos, cum hi suum constituent in allegatis privilegiis fundamentum, ultra illorum importantiam excedere, extendive non possunt; non enim ab exercentis, sed concedentis intentione suas desumunt conditiones. Neque immemorabilem, ac præsumptum titulum inducere valent, quia in memorabili probanda, coarctanda est negativa visus, auditus, factive in contrarium; notus autem est continuus litium rumor quoad jurisdictionem episcopalem ab abbate in dictis parochiis turbatam, quin et Celsonenses episcopi nonnullos, licet numero inferiores, jurisdictionis actus exercuerant præcipue in parochiis de Obiols, Sorba, et Borrada, qui de jure efficaciores existimantur uti impediendes eam immemorabilem, quam abbas allegare præsumit, quoad ecclesias specificæ, et individuo a sancta Sede in literis erectionis episcopatus Celsonensis huic adjudicatas.

§. 8. At vero considerantes ambæ partes assiduas contentiones in diversis tribunalibus gravissimis sumptibus actas, molestiasque superioribus, quin et regi ipsi irrogatas occasione appositionis &

Expositio jurium que sibi episcopus asserbat.

Ratio inveniendæ concordie.



onomi vacanti ecclesie parochiali sancte Mariæ de Sorba anno 1757; regio namque mandato petita informatione a Barcinonensi prætorio, coram quo jura sua utraque parte deducenda, Rivipullensis abbas prope innumerabilem documentorum copiam produxit, ut suos jurisdictionales actus ostenderet; adeo quidem, ut recepta a regia camera dicti prætorii informatione die 13 octobris 1766. quoad jurisdictionis exercitium circa concursum ad controversas parochiales in earum vacationibus indicationes, et in illis approbatorum elenchum efformandum, earumque collationes peragendas, nihil decernere maluerit, sed potius, ut partes sua jura compromitterent exemplo alterius similis contentions inter episcopum Vicensem ex una, et eundem abbatem Rivipullensem ex altera partibus alias vertentis insinuaverit pridie kalendas novembris 1766. dictique episcopus Celsonensis in dominum Josephum Martinez de Pons, et abbas in dominum Paulum Ignatium de Amat utrumque Barcinonensis prætorii auditorem ultro compromiserint, eorumque nominationem rex ipse suo approbaverit chirographo ad id edito.

Tenor chirographi editi a rege Hispaniarum.

§. 8 Rex vobis Josepho Martinez de Pons, ac Paulo Ignatio Amat mei regii prætorii principatus Cataloniae ministris.

Noveritis die 31 octobris anni proximi præteriti significatam fuisse r. episcopo Celsonensi, et abbati monasterii sancte Mariæ de Rivopullo resolutionem per decretum die 13 ejusdem mensis a meæ cameræ consilio captam, declarando scilicet ecclesias parochiales de Marlès, Borrada, Aranoñet, Gargallà, Obiols, et Sorba sub postremo inter sanctam Sedem, et hæc regna inito concordato esse comprehensas, earumque beneficia curata esse perpetua, et collativa per concursum in omnibus vacationibus conferenda, eorumque nominationes in octo mensibus, aliisque reservationum specialium, ac generalium casibus ad me spectare, aliis quatuor mensibus ordinariis pro abbate dicti monasterii remanentibus. Quo vero ad jurisdictionem ordinariam quasi episcopalem super easdem sex ecclesias a dicto abbate prætersam, in qua quidem comprehenditur concursus indictio, approbatorum elenchi efformatio, nominandorum a regibus institutio, et cætera hujusmodi a præfato meæ cameræ consilio considerata fuisse, quod licet anno 1761, om-

*Bull. Rom. Tom. V.*

nimodam jurisdictionem ordinariam in ecclesias, et beneficia curata, ac simplicia ad abbatiam Rivipullensem spectantia abbati adjudicaverit, nihilominus, quia tunc lis, et causa inter dictum abbatem ex una, et episcopum Vicensem ex altera partibus vertebat, quos inter postmodum anno 1748 quædam super jurisdictione ordinaria inita fuerat concordia a sancta Sede, et meo dilecto fratre Ferdinando rege approbata, quæ minime extenditur ad comprehendendas ecclesias abbatie in diocesi Celsonensi existentes, hinc quorum inter præfatos Celsonensem episcopum ex una, et abbatem Rivipullensem ex altera partibus modò lis pendet in Romanæ Rotæ auditorio super memorata jurisdictione, acta vero, et jura ab isto meo prætorio ad dilectum consilium transmissa, nedum afficere supradictam jurisdictionem, sed etiam unionem plenariam dictarum sex ecclesiarum monasterio, cui olim abbas insistebat congruum non existimasse præfatum meum consilium in citato decreto quidquam decernere super dubio jurisdictionis, super quo oporteret partes in contradicto judicio sua hinc inde jura deducentes audire; quinimo ad evitandas lites, immodicosque sumptus, et stabilendam tranquillitatem quoad regimen, et provisionem dictarum sex ecclesiarum maluisse potius insinuare dictis Celsonensi episcopo, et abbati Rivipullensi, prout utrique insinuatam fuit dicta die 31 octobris, meum fore beneplacitum, ut ambæ partes jura sua compromitterent ad effectum transigendi super dubiis hinc inde exortis ac vigentibus quoad jurisdictionem ordinariam in dictas sex ecclesias eodem modo, et forma, quibus cum aliis in diocesi Vicensi existentibus actum jamdudum fuerat, et postquam transactionem foret, transactionem ad idem meæ cameræ consilium transmitterent pro approbatione quoad ea, quæ meum tangunt negotium: hoc enim pacto sumptuum, litiumque perpetuatio evitaretur, quam in grave damnum utriusque mensæ episcopali, et abbatiali, ecclesiarumque, et parochianorum cedere oportet. Cum itaque nuper pro parte dictorum r. episcopi Celsonensis, et abbatis sancte Mariæ de Rivopullo comparitum fuerit in dicto meæ cameræ consilio, et consensus præstiterint executioni significationis eis insinuatæ de ineundo compromisso ad effectum transigendi super dubiis vertentibus quoad respectivam jurisdictionem or-

E e

dinariam in dictas sex ecclesias, et in iudices arbitros, arbitratores, et amicabilem compositores nominaverint, videlicet dictus episcopus Celsonensis te Josephum Martinez de Pons, abbas vero Rivipullensis te Paulum Ignatium de Amat, mihi supplicaverint, ut nominationem huiusmodi admittendo, vobis permissam dicti officii acceptationem, et per sententiam arbitrariam a vobis ferendam dubiorum inter dictas partes quoad jurisdictionem ordinariam vertentium decisionem, vel quomodocumque meæ dignationi videretur, ac negotio huiusmodi indicto meæ cameræ consilio, cum omnibus suis præliminariis, meique fisci expositione considerato per decretum die 10 currentis mensis supplicationi anni. Quocirca per hoc præsens chirographum indulgeo, permitto, regiamque, meam veniam concedo, vobis Josepho Martinez de Pons, et Paulo Ignatio de Amat mei Cataloniae prætorii in civilibus auditoribus, quatenus nominationes utriusque vestrum respective actas ab episcopo Celsonensi, et abbate Rivipullensi admittere valeatis, ut tamquam arbitri arbitratores, et amicabilem compositores dubia inter dictas partes vertentia super jurisdictione ordinaria in sex ecclesias parochiales de Marlès, Borrada, Aranofiet, Gargalla, Obiols, et Sorba vestra arbitraria sententia decidatis, decreta quæcumque necessaria, et opportuna vobis benevisa faciendo, ad hoc, ut suum sortiatur effectum memoratæ meæ cameræ consilio dictis episcopo Celsonensi, et abbati Rivipullensi habita, et acta significatio; id namque a vestris dexteritate, justique, rectique, quo flagrat zela, agendum fore spero; quidquid vero a vobis resolutum fuerit ad suprascriptum meæ cameræ consilium pro effectu meæ approbationis obtinendæ in ea parte, quæ mea iura tangat, transmittitis. Datum apud sanctum Laurentium die 22 octobris 1767.

Ego Rex

De mandato regis nostri Joseph Ignatius de Goyersche.

Tenor concordiam inite.

§. 9. Verum quia ex dictis compromissariis primus eo magistratu, secundus vero ab humanis, re indecisa excesserunt, ac proinde ad aliorum nominationem deveniendum erat, ac ultra passam temporis dilationem, alia

non brevis erat subeunda, ut novi compromissarii in facto, et jure ab utraque parte deductis edocerentur, satius fore putarunt rem totam per præfatos suos procuratores ad æquitatem componere, et accomodare.

Hinc igitur est, quod de consensu, et approbatione suorum respective capitulorum, ac sub regis catholici, sanctæque Sedis apostolicæ beneplacitis ad sequentem procedunt bonæ fidei concordiam sub pactis, et conditionibus in hunc modum videlicet.

§. 10. Primo quidem pro parte episcopi Celsonensis suprascriptus ejus procurator, ecclesiæ Celsonensis capitulo approbante, pro bono pacis consentit, ac stipulatur, quod beneficia curata, et parochialia, populi ecclesiæ, et parochiani sanctæ Mariæ de Borrada, ejusque filialis sancti Saturnini de Rotges, sancti Romani de Aranofiet, sancti Cucufatis del Racó, seu Salon cum annexa, sanctæ Mariæ de Ecclesiis, nec non sancti Vincentii de Obiols sint, seu remaneant pro abbate, et monasterio Rivipullensi, qui abbas in illis omnimodam auctoritatem, et jurisdictionem tam ordinariam quam delegatam, cum territorio separato, et qualitate vere Nullius, prout illam exercuisse, seu exercere debuisse, et in possessione huiusmodi exercitii stetit prætendebat, in posterum quiete, ac pacifice exerceat, et pro huiusmodi effectu ad dicti abbatis, et monasterii favorem cedat, ac transfert omnia jura episcopalis auctoritatis, et jurisdictionis ordinariæ, et delegatæ, et alia quæcumque, quæ Celsonensi episcopo super omnibus et singulis dictas ecclesias competere, seu quomodolibet competere possent, et deberent, ita ut abbatiali, seu monasteriali territorio memoratas quatuor ecclesias parochiales, cum dictis duabus filialibus aggregata esse, fore, ac haberi consentiat, eas, quatenus opus sit, apostolica auctoritate dismembrando, ac separando a territorio diocæsano Celsonensi, ad hoc, ut præfati abbas, et monasterium, sede abbatiali tam plena, quam vacante, super illas habeant, et exercent omnimodam, ac privativam jurisdictionem spiritualem etiam a sacro concilio Tridentino episcopis delegatam, eisdem modo, et forma, quibus iidem abbas, et monasterium illam exercent in proprio suo territorio separato oppidi, parochiæ, et ecclesiarum Rivipulli, aliarumque ipsius districtus, synodum convocando, concursum ad dictas quatuor parochia-

De nominatione ad beneficia ecclesiastica.

les de Borrada , Aranofiet , sancti Cucufatis de Salon , et Obiols , dum pro tempore vacaverint , eosque per se solum in suis mensibus ordinariis , in aliis vero ad regiam præsentationem conferendo , et pro ea habenda approbatorum elenchum transmittendo , et denique super illas , et in illis omnem jurisdictionem spiritualem , ordinariam , judicialem , et æconomicam , voluntariam , et contentiosam , tamquam in proprio peculiari , ac privato territorio exercendo , absque ulla in futurum contradictione episcoporum Celsonensium pro tempore existentium , qui ne minimum quidem jurisdictionis actum , quovis sub prætextu , aut quæsito colore super illas , et in illis exercere possint , nec valeant . Expresse pariter consentiens , quod idem abbas Rivipullensis impetret a ssmo domino nostro papa quodcumque necessarium apostolicum beneplacitum , seu mandatum intrandi , possidendi , ac retinendi dictas quatuor parochiales , duasque filiales ecclesias tamquam suo territorio aggregatas , et ad ipsum spectantes , nedum cum qualitate vere Nullius , sed etiam cum potestate conferendi primam clericalem tonsuram , et quatuor minores ordines earum subditis sæcularibus , et in eis degentibus , regularibus , literas dimissoriales pro omnibus , et singulis majoribus , etiam presbyteratus , ordinibus concedendi , ac confirmationis sacramentum per quemcumque catholicum antistitem ibidem ministrari faciendi , ad quos omnes effectus a se , dictaque sede episcopali Celsonensi omnia , et singula jura sibi et ei ex quovis titulo competentia abdicat , et ab illis cedendo desistit .

§. II. Correlative ad præmissa pro parte abbatis Rivipullensis , et sacristæ majoris monasterii pro suo peculiari interesse , memoratus eorum procurator pariter pro bono pacis ejusdem monasterii de Rivopullo capitulo approbante , eorum , et pro tempore successorum nomine perpetuo cedit , ac renunciat rmo episcopo Celsonensi , ejusque successoribus quælibet prætensa jura jurisdictionalia abbatiæ super ecclesias parochiales et filiales , ac beneficia curata sanctæ Mariæ de Cervaria , ejusque filialis , seu annexæ sancti Salvatoris de Bergos , ac sancti Tirsi de Pinello , easque omnino subjectas fore consentit jurisdictioni episcoporum Celsonensium , ita ut nunquam perpetuis futuris temporibus abbas , et capitulum monasterii Rivipullensis in illas jurisdictionem aliquam , præsentationem ,

aut collationem prætereant . Similique modo cedit , atque renunciat juribus patronatus nominandi , et conferendi , aliisque , quæ habet super quatuor hebdomadariis simplicibus , ac super beneficio sacristia nuncupato in præfata ecclesia sanctæ Mariæ de Cervaria fundatis . Prout etiam procuratorio nomine supradictæ sacristiæ majoris cedit , atque renunciat cuicumque juri super beneficio sancti Tirsi in ecclesia castri parochiæ de Pinello fundato . Item nomine prædicti abbatis Rivipullensis , ipsius capitulo consentiente , cedit , et renunciat ad favorem episcoporum pro tempore Celsonensium jurispatronatus , et aliis juribus super beneficio sancti Salvatoris in ecclesia de Bergos ; ita ut iidem episcopi perpetuis futuris temporibus illas , et illa conferant , atque provideant , tamquam de libera ipsorum collatione , ac si præsentationi , collationi , aut alteri dispositioni dictorum abbatis monasterii , et sacristæ majoris respective nullatenus fuissent obnoxia . Consentit pariter quod ab hodie in posterum beneficia curata , et populi sanctæ Mariæ de Marlès , sancti Andreæ de Gargallà cum sua filiali , sancti Saturnini de Figols , sanctæ Mariæ de Sorba cum sua filiali , sancti Jacobi de Godofet , et sancti Andreæ de Grexer , annexæ sancti Michaelis de Gisclareny cum omnibus juribus , prærogativis , jurisdictionibus , aliisque spiritualibus pertinentiis habeantur , ac sint beneficia curata , et propriæ parochiæ , diœcesis , et episcopi Celsonensis : renuncians , cedens , ac transferens ad ejusdem favorem omnia jura habita , aut prætensa , et quæ ex quovis titulo , et causa dicto abbati competere poterint . Et pro majori præmissorum firmitate , ut hac concordia , et territorii divisione mediante , novæ in posterum evitentur controversiæ , nomine ejusdem abbatis , ipsius capitulo pariter approbante , cedit , et renunciat omnibus , et singulis juribus , quæ ei competere possunt super quascumque alias parochias diœcesis episcopalis Celsonensis ratione jurispatronatus , seu jurisdictionis spiritualis , exceptis quatuor illis supradictis simul cum earum duabus filialibus cessis abbati , et monasterio præfatis , expressat tamen declaratione adiecta , ac sub conditione , et non alias , quod cessæ , et translate minime censeantur decimæ , et primitiæ spirituales , minusque decimæ , census , honores , emolumenta , et redditus temporales , quæ in dictis , aliisque paro-

De juribus jurisdictionalibus abbatis.

chiis, et filiabus ad episcopum Celsonensem spectantibus abbas, et capitulum monachorum, dignitates, et officia Rivipullensis monasterii percipiant, ac respective percipere debeant.

Approbatio capitulorum.

§. 12. Ut autem præmissa omnia suos plenarios, et integros sortiantur effectus iidem procuratores nomine suorum principalium, eorumque successorum, et capitulorum respective, perfectam illorum observantiam, neque illis in totum, aut in parte ullo sub prætextu contradictorios promittunt, sub obligatione bonorum, ac reddituum spiritualium, et temporalium eorundem principalium, mensarumque episcopalis, et abbatialis, officiique sacristæ majoris dicti monasterii respective tribuentes omnibus juribus competentibus potestatem eos, et eas ad eorundem præmissorum adimplementum compellendi, perinde ac si ageretur vigore rei plene de partium consensu judicatæ, renunciantes cuilibet exceptioni læsionis, privilegiis, solemnitatum defectui, aliisque juribus eorum cuique competentibus vigore apostolicarum constitutionum, sacrorum canonum, aliarumque ordinationum, ac legis generalem prohibentes renunciationem. Volentes iosuper, et convenientes, quod simul, et communiter pro approbatione præmissorum Sedis apostolicæ postuletur confirmatio. Atque ita stypulantes dicti procuratores vice suorum principalium jurarunt.

Tenor procuratoris emisso a capitulo cathedralis Celsonensis.

§. 13. Successive iidem, qui sub initium nominati mandatarii vigore mandatorum a capitulis ecclesiarum cathedralis Celsonensis, et monasterialis Rivipullensis ipsis respective collatorum, quorum tenores sunt, videlicet.

Præsenti publico instrumento innotescat, quod nos Joseph Antonius de Urien decanus, et præses Emmanuel Maranosa archidiaconus, Petrus Antoniur Artiz cantor, Marianus Bargues thesaurarius, Hiacynthus Sampere, Franciscus Camps, Joseph Capdevila, Franciscus Macarulla, Raymundus Itemeterius de Urien, et Joannes Ribera presbyteri, et canonici Celsonenses convocati, et more solito in aula capitulari de mandato præsentis congregati capitulum celebrantes, et ultra duas partes numeratis absentibus, et non intervenientes componentes, quoniam inter illum, et rñum episcopum nostrum ex una, et perillustrem abbatem monasterii sanctæ Mariæ de Rivopullo ex altera partibus concordie initur tractatus super pertinentia nonnul-

lorum beneficiorum curatorum, et ecclesiarum, ac jurisdictionis spiritualis in illis exercitio, cui concordie pro majori ejus firmitate assensus desideratur utriusque ecclesie capitulorum. Hinc igitur nos sponte nostrum, nostrique capituli nomine procuratorem constituimus dominum Josephum Antonium de Urien decanum hujusce præsentem, ut consensum præstare valeat, et, quatenus opus sit, ratificet concordiam inter supradictas partes, seu earum legitimos procuratores concludendam super omnibus, et singulis contentionibus inter Sedes episcopalem Celsonensem, et abbatialem Rivipullensem ventibus in judicio, vel extra, et signanter super jurisdictione in parochiales ecclesias sancti Tirsi de Pinello, et sanctæ Mariæ de Cervaria cum filiali, sancti Salvatoris de Bergos, hebdomadarias simplices, beneficia sacristie, et alia in eis fundata, nec non beneficia curata, et ecclesias sanctæ Mariæ de Marlès, sanctæ Mariæ de Barradà cum filiali, sanctæ Mariæ de Rotges, sancti Romani de Aranoñet, sancti Andreæ de Gargallà cum filiali, sancti Saturnini de Figols, sancti Andreæ de Grexer, annexam sancti Michaelis de Gisclareny, et sancti Vincentii de Obiols, sanctæ Mariæ de Sorba cum annexa sancti Jacobi de Codonet, et sancti Cucufatis Salon, alias de Racò cum annexa sanctæ Mariæ de Ecclesiis, et omnibus pactis, et conditionibus in dicta concordia continendis consentiat, ac generaliter quidquid a Nobis, si præsentibus essemus, fieret, et ipse faciat etiam quoad annexa, et dependentia, dantes plenariam facultatem, ita ut ex ejus defectu ab agendo non desistat, promittentes habere ratum quidquid egerit, nec unquam revocatos, sub obligatione bonorum capitularium, et cum renunciationibus opportunis. In quorum fidem etc. Actum Celsonæ in aula capitulari die 27 octobris 1774. præsentibus Joanne Valls, et Josepho Forrols testibus, et duo ex dd. capitularibus ad id specialiter, et expresse deputati a capitulo subscribunt.

Emmanuel Maranosa archidiaconus

Joseph Capdevila canonicus

In fidem etc. Dominus Aguilar notarius publicus rogatus.

§. 14. Præsens lecturis pateat, quod nos dominus Dominicus de Sabater in spiritualibus, et temporalibus vicarius

Tenor procuratoris emisso a capitulo monasteriali s. Ma-

riae de Rivopullo.

generalis, et officialis monasterii sanctae Mariae de Rivopullo Nullius diocesis congregationis, et provinciae Tarraconensis sanctae Sedi apostolicae in capite, et in membris immediate subjecti ordinis sancti Benedicti pro perillustri domino Josepho Oriol abbate cum territorio separato, ac praesens dominus Antonius de Pastors infirmarius, dominus Benedictus Jacobus de Romeo cellerarius major, dominus Maginus de Moxò fabricerius, dominus Melchior de Sabater sacrista thesaurarius, et olearius, dominus Franciscus Antonius de Jalpi cantor, dominus Franciscus de Pagnera rectoriarius, dominus Antonius de Olmera, dominus Joseph Franciscus Borrás, dominus Antonius de Burgues, omnes monachi praefessi, et respective dicti monasterii officiales more solito convocati de mandato praesidentis in aula capitulari celebrantes capitulum duas ex tribus partibus, et ultra componentes, absentibus, et impeditis comprehensis, quoniam inter illum, et rñum episcopum Celsonensem ex una, et perillustrem abbatem nostrum ex altera partibus concordiae initur tractatus super pertinentia nonnullorum beneficiorum curatorum, et ecclesiarum, ac jurisdictionis spiritualis in illis exercitio, cui concordiae pro majori ejus firmitate assensus desideratur capitulorum hinc inde. Nos igitur sponte hujus capituli nomine procuratorem constituimus illustrem dominum Joachimum de Sallà hujus monasterii priorem licet absentem, ut consensum praestare valeat, et quatenus opus sit, ratificet concordiam inter supradictas partes concludendam super omnibus, et singulis contentionibus inter Sedes episcopalem Celsonensem, et abbatialem Rivipullensem vertentibus in judicio, vel extra, et signanter super jurisdictione in parochiales ecclesias sancti Tirsi de Pinello, et sanctae Mariae de Cervaria cum filiali, sancti Salvatoris de Bergos, heddomadarias simplices, beneficia sacristiae, et alia in eis fundata, nec non beneficia curata, et ecclesias sanctae Mariae de Marlès, sanctae Mariae de Borrada cum filiali, sanctae Mariae de Rotges, sancti Romani de Aranoñet, sancti Andree de Gargallà cum filiali, sancti Saturnini de Figols, sancti Andreae de Grexer, annexam sancti Michaelis de Giscclareny, et sancti Vincentii de Obiols, Sanctae Mariae de Sorba cum annexa sancti Jacobi de Codonèt, et sancti Cucufatis Salon alias del Racò, cum annexa Sanctae Mariae de Eccle-

siis, et omnibus pactis, et conditionibus in dicta concordia continendis consentiat, ac generaliter quidquid a Nobis, si praesentes essemus, fieret, et ipse faciat etiam quoad annexa, et dependentia, dantes plenariam facultatem, ita ut ex ejus defectu ab agendo non desistat, promittentes habere ratum quidquid egerit, nec unquam revocaturus sub obligatione bonorum capituli, et monasterii, et cum obligationibus opportunis. In quorum fidem etc. Actum Rivipulli in aula capitulari die 12 octobris 1774 praesentibus Francisco Bosas, et Francisco Font testibus, et a capitulo specialiter deputati subscribunt.

Dominus Dominicus de Sabater vicarius generalis, et praeses.

Dominus Antonius de Pastors infirmarius, et decanus.

Dominus Benedictus Jacobus de Romeo cellerarius major, et archivist.

In fidem Franciscus Peraller notarius publicus rogatus.

§. 15 Dicti itaque procuratores, vice, ac nomine praefatorum capitulorum, et pro illorum singulorum interesse praesentem concordiam, et omnia in ea contenta approbant, atque ratificant, sub spe desuper obtinendi beneplacitum apostolicum, et non alias, promittentes illorum observantiam sub obligatione bonorum capitularium respective mensurarum, et cum eisdem renunciationibus, et clausulis superius expressis, ad quas se referunt. Et sic approbantes, atque ut de praemissis omnibus praesens conficeretur instrumentum rogantes dicti procuratores illud subscribunt.

Approbatio concordiae etiam pro interesse cathedralis, et monasterialis ecclesiae.

Actum ubi in principio dicitur, praesentibus Joachimo Cluet, et Macario Gollerichs presbyteris, et in ecclesia Celsonensi beneficiatis, testibus ad praemissa vocatis, atque rogatis.

Joseph Antonius de Urien decanus Celsonensis supradictis nominibus.

Dominus Joachimus Sallà prior Rivipullensis supradictis nominibus.

Joseph Ceriola, et Font notarius Celsonensis rogatus in fidem.

Franciscus Peraller et Vines notarius Rivipulli rogatus in fidem.

§. 16. Propterea viso in praefato cameræ nostrae consilio praesertae concordiae instrumento, datisque pro informatione literis ad a. r. archiepiscopum Tarraconensem, et ab eo suo transmissio

Diploma regis super approbatione concordiae.

voto, quo simul cum toto negotio, ac fisci nostri relatione in eodem consilio præposito, nobisque acta consultatione una cum dictæ concordie in instrumenta illud approbare, et utrique prælato permitti apostolica confirmatione roborari, ad quem effectum nostrorum apud sanctam Sedem negotiorum administro mandari, ut in idipsum adlaboret, resolvimus. Præsentem itaque nostro diplomate, et pro ea tantum parte, qua negotium hujusmodi jura nostra tangit, supradictam concordiam inter episcopum Gelsonensem, et abbatem Rivipulli in tam approbamus, eisdem permissionem largimur apud summum pontificem solicitandi, ut ea apostolica sua auctoritate confirmetur. Universis vero nostrorum dominiorum magistratibus, et iudicibus jubemus observare, adimplere, ac ab aliis observari facere quidquid hisce jubendo volumus. Datum apud sanctum Idelfonsum die xxvi septembris MDCCLXXV.

Ego rex

Thomas de Mello secretarius  
Registrat. Nicolaus cancellarii majoris locumtenens.

Emmanuel Bonaventura Figueroa  
Franciscus de la Mata Linares  
Petrus Rodriguez Campomanes  
Verti ex Hispano Joseph Togores  
interpres.

Proces porre-  
ctos pro obti-  
nenda confir-  
matione apo-  
stolica.

§. 17. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quæ in concordia hujusmodi statuta sunt, atque conventa bonum pacis potissimum respiciant, et quamcumque in posterum adimant controversiam, hinc dictus Raphael episcopus, ac Josephus abbas, nec non Ignatius Bonaventura major sacrista, etiam de ipsius Karoli regis consilio, et consensu, concordiam prædictam per Nos approbari, et confirmari, nec non eidem Josepho moderno, illiusque successoribus memorati monasterii abbatibus pro tempore existentibus infrascripta concedi plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tendr confir-  
mationis

§. 18. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas

forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, omnes, et singulas controversias, ac quascumque lites, et causas hujusmodi, quarum status, et merita, nominaque, et cognomina iudicium, et colligantium præsentibus pro expressis haberi volumus, ad Nos harum serie avocamus, ac penitus, et omnino extinguimus, ac perpetuum silentium desuper imponimus, nec non prædictam concordiam cum omnibus, et singulis in ea contentis, et expressis auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque juris, et facti, ac solemnitatum defectus, qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus, eandemque concordiam ab omnibus, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit, servandam, et exequendam esse auctoritate, et tenore prædictis præcipimus, et mandamus, eidemque Josepho moderno, et pro tempore existentibus abbatibus ejusdem monasterii, ut veram, ac realem possessionem dictarum quatuor ecclesiarum parochialium apprehendere, et apprehensam retinere tamquam ad suum territorium spectantium, et aggregatarum cum qualitate veri Nullius; nec non primam clericalem tonsuram, et quatuor minores ordines earum subditis sæcularibus, et in eis degentibus regularibus conferre, atque literas dimissoriales eis subditis, etiam ad sacros subdiaconatus, diaconatus, et presbyteratus ordines promoveri cupientibus concedere, nec non quemcumque catholicum antistitem gratiam, et communionem Sedis apostolicæ habentem pro sacramento Confirmationis in illis ministrari faciendi, requirere, et admittere libere, et licite possint, et valeant respective auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

§. 19. Decernentes ipsas præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sedis apostolicæ nuntios judicari, et definiri debere, ac ir-

Clavula sub-  
blata, et decre-  
tum irritans.

ritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariarum.

§. 20. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit ecclesie, et monasterii huiusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet, concessis approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus; ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima sexta martii millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.

LXXXV.

Dat. die  
26. martii  
1776.  
Anno II.

Facultas rno. card. vicario urbis erectionem novi monasterii monialium ordinis eremitarum sancti Joannis praecursoris in urbe factam confirmandi.

Dilecto filio Nostro in alma urbe vicario in spiritualibus generali.

Pius PP, VI,

Dilecte fili Noster salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. **L**æta sancta Mater Ecclesia numerosa prole filiorum, quos inhæsausto, et nunquam deficiente partu, quotidie sacri lavacri undis æternam parit ad vitam, inter illos potissime gloriatur de illustriori portione gregis Christi, earum nempe virginum, quæ spreto mundi illecebris, et a corruptione sæculi recedentes tam corpore, quam mente vota Domino reddunt, et gloriam foris non quærentes, sed spe ad

interiora captæ, toto desiderio ad supremam patriam anhelantes, oleumque sanctorum operum in vasis habentes, acceptis lampadibus suis cœlesti sponso obviam ire adnituntur. Apostolici igitur muneris Nobis licet immerentibus, Dei voluntate commissi præcipuas partes esse duximus, tam sancta, ac laudabilia harum prudentium virginum vota fovere, easque favoribus, et gratiis prosequi opportunis.

§. 2. Nuper siquidem pro parte dilectarum in Christo filiarum monialium sub titulo, et denominatione, seu ordine eremitarum sancti Joannis Baptistæ praecursoris dudum in civitate Januensi a felicitis recordationis Benedicto pp. XIV. prædecessore Nostro per suas in simili forma Brevis expeditas literas approbato, et confirmato expositum Nobis fuit, quod earum nonnullæ propriam patriam, ac domum relinquentes ad hanc almam urbem, veram religionis arcem novum ejusdem ordinis monialium monasterium instituendi causa, de licentia alias per Nos concessa, novissimis temporibus venerunt, atque ad hunc effectum empta inibi domo in via, quæ a Liberiana ad Lateranensem ducit basilicam regionis Montium; omnia, quæ pro ejusdem monasterii erectione juxta sacrorum canonum dispositionem necessaria erant parata reddere curarunt. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, jam domus prædicta cum sua ecclesia adsum monasterii debita clausura muniti redacta reperiat, et præter hortum dictæ domni proximum a piis viris benefactoribus duo sibi ipsis donata capitalia, seu fundos obtinuerint, ex quibus omnibus annua scuta sexcentum viginti quinque monetæ proveniunt, quæ juncta cum dotibus, seu elemosynis dotalibus jam in emptionem capitalium frugiferorum erogatis pro dote ejusdem monasterii, ac sustentatione illius monialium sufficiunt; neque desunt suppellectilia tam sacra, quam profana ad usum ecclesie, et monialium huiusmodi necessaria. Hinc Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur piis earundem exponentium votis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte

Expositio præcæm.

Mandatum directum d. cardinali vicario urbis cum omnibus facultatibus erigendi monasterium.

Prosum.

incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore consentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, circumspeditioni tuæ per præsentem injungimus, ut constito tibi de narratis, unum novum monasterium monialium, sub titulo, et denominatione eremitarum sancti Joannis Baptistæ præcursoris in urbe prædicta, nempe in domo, ut præfertur, emptæ, quoties ipsius novi monasterii, ejusque ecclesiæ, claustrum, dormitorii, cellarum, aliorumque necessariorum membrorum, et officinarum fabrica in eo statu reperiatur, ut idem monasterium debita clausura muniri possit, illudque, et ecclesia hujusmodi sacra, et profana suppellectili, aliisque omnibus necessariis sufficienter instructa sint, et redditus annui certi, et perpetui saltem sexcentorum viginti quinque scutorum monetæ hujusmodi ipsi novo monasterio realiter, et cum effectu, ut præfertur, assignati fuerint pro prædictis, aliisque monialibus recipiendis, quæ moniales recipiendæ habitum per moniales hujusmodi gestari solitum suscipere, elapsoque uno anno cum dimidio probationis, concurrentibus in eis aliis requisitis, ad præscriptum sacrorum canonum, et concilii Tridentini decretorum, professionem per easdem emitti consuetam, cum dote, seu elemosyna dotali, prout in alio ejusdem ordinis monasterio Januensi prædicto fieri solet, prævia tua approbatione, expresse emittere, perpetuamque clausuram, ac regulam, constitutiones, ritus, mores, et consuetudines ordinis prædicti, aliæque præscripta servare, divinisque laudibus insistere, ac omnimodæ tuæ, ac pro tempore existentis Romani pontificis in urbe vicarii in spiritualibus generalis jurisdictioni, superioritati, curæ, et gubernio subiacere, et sic subjectæ vivere debeant, et teneantur auctoritate Nostra apostolica perpetuo, sine cujusquam præjudicio erigas, et instituas; ipsique novo monasterio sic erecto, et instituto pro illius dote, ac illius abbatissæ, seu priorissæ, seu alterius nominis superiorissæ, et monialium pro tempore existentium sustentatione, onerumque illis incumbentium supportatione, prædictos redditus annuos saltem sexcentorum viginti quinque scutorum monetæ, nec non omnia, et singula alia per quasvis personas in perpetuum, vel ad tempus simul, vel successive pro augmento dotis monasterii hujusmodi, quando-cumque, et qualitercumque tam inter vivos, quam causa mortis, seu in ul-

tima voluntate donata, et assignata, ac elargienda, donanda, relinquenda, eroganda, et assignanda bona, proprietates, pecuniarum summas, res, et jura quæcumque etiam ex nunc prout ex tunc postquam elargita, donata, relicta, erogata, et assignata fuerint, ita ut liceat abbatissæ, seu priorissæ, sive alterius nominis superiorissæ, et monialibus præfatis illorum omnium, et singulorum realem, corporalem, et actuale possessionem, seu quasi possessionem per se, vel per alium, seu alios, earum, et dicti monasterii nominibus propria auctoritate apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere; fructus quoque, redditus, proventus, et emolumenta ex iis provenientia quæcumque, ac elemosynas eis, et monasterio hujusmodi pro tempore factas, et elargitas recipere, locare, arrendare, administrare, et recuperare, ac in suos communes, et dicti monasterii usus, necessitates, et utilitatem convertere, cujusvis licentia desuper minime requisita, itidem perpetuo eadem auctoritate concedas, applices, appropries, et assignes.

§. 4. Præterea eidem novo monasterio, illiusque abbatissæ, seu priorissæ, sive alterius nominis superiorissæ, ac monialibus, et earum cuilibet, aliisque personis, et Christifidelibus ecclesiam monasterii hujusmodi pro tempore visitantibus, ut omnibus, et singulis privilegiis, facultatibus, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, prærogativis, præminentis, concessionibus, indulgentiis, indultis, favoribus, aliisque gratiis universis tam spiritualibus, quam temporalibus monasterio monialium civitatis Januensis dicti ordinis, ejusque abbatissæ, priorissæ, seu superiorissæ, monialibus, ac personis, et Christifidelibus earum ecclesiam visitantibus in genere, vel in specie, etiam per viam simplicis communicationis, seu alias quomodolibet concessis, dummodo sint in usu, nec hactenus revocata, ac sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, maximeque concilii Tridentini prædicti decretis, regularibusque ordinis hujusmodi institutis non adversentur, ac in posterum concedendis, et quibus illud, vel ille de jure, usu, et consuetudine, vel privilegio, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere possunt, et poterunt, quovis modo in futurum, non solum ad ejus, et earum instar, sed pariformiter, et æque principaliter, et absque ulla prorsus diffe-

Privilegia concessa.



rentia in omnibus, et per omnia perinde, in si illa novo monasterio, illiusque abbatissæ, seu priorissæ, sive alterius nominis superiorissæ, monialibus, et personis præfatis specialiter, et expresse, ac nominatim concessa fuissent, uti, frui, potiri, et gaudere libere, et licite possint, et valeant dicta auctoritate concedas pariter, et indulgeas. Ad hæc abbatissæ, seu priorissæ, sive superiorissæ, monialibus, et conventui dicti novi monasterii quæcumque statuta, ordinationes, institutiones, capitula, et decreta ad ipsius monasterii, ejusque personarum, rerum, bonorum, et jurium perpetuam directionem, gubernium, et administrationem, ac monialium præfatarum receptionem, probationem, admissionem, ætatem, conditiones, usus, et regularem disciplinam quomodolibet spectantia, et pertinentia, alias tamen honesta, et rationabilia, sacrisque canonibus, et constitutionibus apostolicis, dictique concilii Tridentini decretis, nec non regulæ, et constitutionibus memorati ordinis minime contraria, et a te, seu pro tempore existente in dicta urbe vicario in spiritualibus generali examinanda, et approbanda, faciendi, et concedendi, et quoties pro rerum, et temporum qualitate expediens videbitur, prævia tua, seu pro tempore existentis vicarii præfati approbatione, corrigendi, et moderandi, ac, quatenus opus fuerit, abrogandi, aliaque etiam ex integro concedendi, facultatem auctoritate præfata impertiaris. Nos enim moniales in novum monasterium hujusmodi suo tempore introducendi, cæteraque omnia, et singula in præmissis, et circa ea quomodolibet necessaria, et opportuna faciendi, gerendi, mandandi, et exequendi quamcumque necessariam, et opportunam facultatem tibi harum serie eadem auctoritate tribuimus, et imperimus.

*Clausula salutaris.*

§. 5. Decernentes ipsas præsentis literas sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, restrictionibus, et aliis contrariis dispositionibus, et aliis contrariis dispositionibus, et aliis contrariis dispositionibus, etiam per Nos, et successores Nostros Romanos pontifices sub quibuscumque verborum expressionibus, et formis, etiam motu proprio pro tempore faciendis minime comprehendendi, vel comprehensas censi, sed tamquam pro foundatione monasterii erigendi, ad religionis, divinique cultus, et bonorum, piorumque operum augmentum concessas semper ab illis exci-

pi, et quoties illæ emanabunt, toties ad pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plénarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per abbatissam, seu priorissam, sive superiorissam, et moniales novi monasterii erigendi prædicti quandocumque eligendam, concessas intelligi, firmasque, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter, judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritam, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non, quatenus opus sit, dicti ordinis, et aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, ac individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, aut quavis alia exquisita forma, ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima sexta martii millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.

*Derogatio contrariorum*

Dat. die  
2. aprilis  
1776.  
Anno II.

LXXXVI.

Confirmatio literarum Sixti IV., et aliorum pontificum super facultate libere asportandi victualia ad civitatem Anconitanam ex locis triginta milliariis non distantibus.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Privilegia civitatis Anconitanae

§. 1. Anconitarum portum frequentia navium, populorumque illuc confluentium celeberrimum omni sane ævo Romani pontifices prædecessores Nostri, tam victualium ubertate, quam majori semper amplitudine, et commoditate illustriorem reddere omni studio, atque ingenti sumptu indesinenter curarunt, quorum sane exempla Nos quoque sectantes ea libenter concedimus, quæ in illius utilitatem, atque incrementum cessura fore conspiciamus. Alias siquidem recolendæ memoriæ Sixtus pp. IV. propter portus hujusmodi celebritatem, copiam, et abundantiam rerum, quæ ad victum necessariae essent, consulere volens per suas in simili forma Brevis die VII. aprilis 1475. expeditas literas decrevit, atque concessit, quod deinceps omnes, et singuli incolæ civitatum, terrarum, oppidorum, villarum, atque locorum ultra unam dietam ab ipsa civitate Anconitana non distantium, farinam, hordeum, speltam, millium, fabas, pisa, legumina, et quæcumque alia victualia, grano dumtaxat excepto, ex suis civitatibus, terris, oppidis, locis, et villis licite, et impune, nec non absque alicujus licentiæ, gabellæ, aut cujuscumque alterius exactiois, seu hollæctiæ solutione extrahere, ad ipsamque civitatem Anconitanam deferre, atque illa vendere possent, et valerent, quæ omnia postmodum felicitis recordationis Leo X. Paulus IV. et Gregorius XIII. prædecessores Nostri suis respective literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, confirmarunt, et approbarunt. Deinde vero piæ memoriæ Sixtus pp. V. prædecessor quoque Noster per suas die 22 augusti 1585. in pari forma Brevis expeditas literas non solum præmissa confirmavit, et approbavit, sed etiam antianis, communitati, et hominibus ejusdem civitatis Anconitanæ licentiam, et facultatem concessit, ut ad civitates, terras, oppida, villas, et loca ultra unam dietam, ut præfertur, non di-

stantia accedere, ac inibi farinam, hordeum, speltam, millium, fabas, pisa, et alia legumina, nec non frumentum; dummodo in loco ubi emeretur in farinam converteretur, ac quæcumque alia victualia sub vocabulo grasciæ comprehensa, absque aliqua gabella, exactiois, et hollæctiæ, ac alicujus desuper obtinenda, vel requirenda licentiæ emere, et ab illis extrahere, nec non ad dictam civitatem Anconitanam asportare, et asportari facere libere, ac licite, et impune valerent, quæ quidem omnia a felicitis recordationis Gregorio XIV. Clemente VIII. et Paulo V. prædecessoribus itidem Nostri confirmata, et approbata fuerunt suis respective literis; quarum pariter tenores præsentibus pro expressis, et insertis haberi volumus, ac alias prout in illis uberius continetur. Quæ de re non solum ab incolis civitatum, et locorum intra dietam hujusmodi existentium, victualia prædicta ad eandem civitatem Anconitanam asportari consueverunt; sed etiam civitas ipsa rectores, qui id peragerent, eligere, ac deputare curavit, super tamen dietæ hujusmodi mensura, amplitudine, et locorum, terrarum, ac civitatum in ea comprehensarum quantitate, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii antiani, et consilarii ejusdem civitatis: identidem nonnullæ quæstiones exortæ sunt, ac novissime etiam cum a lanione dietæ civitatis pro illius usu per Recinetensem civitatem transferrentur nonnulla animalia bubula ab ipso empta in civitate Tolentini; Recinetenses siquidem exactores gabellarum contendere cæperunt, lanionem ipsum fraudem patrasse ob non solum ibidem pro dictis animalibus pedagium, seu gabellam, asserendo utramque civitatem propriam nempe, ac Tolentini intra dietæ fines, et unius diei inter minimum contineri, atque privilegia exemptionum a vectigalibus per posteriores derogationes fuisse sublata. Re itaque ad iudicium deducta, gubernator Recinetensis pedagium, seu gabellam pro eis solvendam esse decrevit, et quamvis postmodum aliter senserit dilectus filius secretarius congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium Bono Regimini communitatum, et universitatum, civitatum, et locorum status Nostri ecclesiastici præpositorum, suamque sententiam in prima causæ propositione congregatio prædicta confirmaverit; de novo tamen coram ea proposita hujusmodi causa, et propter suffragiorum di-

discrepantiam primum non definita, duo deinde prodierunt resolutiones, quæ pedagium, seu gabellam debitam esse declararunt. Cum autem, sicut eadem expositio subungebat victualium necessitas propter auctum incolarum, et populorum ad hujusmodi portum confluentium numerum, et in publici commercii utilitatem in dies magis magisque augetur.

Preces porre-  
et pro confir-  
matione juris  
concessi super  
asportatione  
victualium.

§. 2. Hinc dicti exponentes ad effugiendas omnes, et quascumque lites, ac controversias, non solum omnia privilegia, gratias, et indulta a memoratis Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris concessa per Nos quoque confirmari, et approbari; sed etiam dietæ hujusmodi mensuram extendi, et ampliari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor confir-  
mationis apo-  
stolicæ.

§. 3. Nos igitur, qui civitatis, et portus hujusmodi utilitatem, et incrementum paterno desideramus cordis affectu, et ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censes, hujusmodi supplicationibus inclinati, omnia, et singula privilegia, concessionem, gratias, et indulta ab eisdem prædecessoribus Nostris Sixto IV., Leone X., Paulo IV., Gregorio XIII., Sixto V., Gregorio XIV., Clemente VIII., et Paulo V., tam super libertate tributa omnibus incolis civitatum, terrarum, et locorum ultra unam dietam a dicta civitate Anconitana non distantium victualia prædicta absque alicujus licentiæ, gabellæ, aut cujuscumque alterius exactionis solutione ad dictam Anconitanam civitatem deferendi, atque in ea vendendi, nec non etiam facultatem antianis, communitati, et hominibus ejusdem civitatis concessam, et ad dietas civitates, terras, et loca accedere, ac ibi victualia prædicta, ac etiam frumentum in farinam tamen conversum, ac omnia sub grasciæ verbo comprehensa, sine ulla gabella, exactione, et bullectino nuncupato, et absque alicujus licentiâ ipsi emere, et ab illis extrahere, et ad memoratam civitatem Anconitanam asportare, seu asportari facere libere, et licite, et impune possint, et valeant au-

*Bull. Rom. Tom. V.*

toritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque apostolicæ firmitatis robor adiciamus. Ne autem in posterum ulla unquam quæstio, ac controversia, vel dubitatio aliqua oriatur tam super dietæ mensura, quam super locorum in ea comprehensorum quantitate, distantiam dietæ hujusmodi in memoratis literis eorundem prædecessorum Nostrorum expressè ad triginta milliarum italica auctoritate, et tenore prædictis extendimus, et ampliamus. Atque insuper ne etiam super qualitate ac diversitate viarum, quæ longiores, brevioresque esse possint, ac usu magis, vel minus frequentiores, dubietas ulla proponi valeat, triginta milliarum hujusmodi per Nos, sicut præfertur, ampliata, et extensa juxta mensuram adhibitam in nova carta geographica status Nostræ ecclesiasticæ a Christophoro Maire, et Rugerio Josepho Boscovich felicis recordationis Benedicto XIV., dicata, et in hac urbe impressa computanda, designanda, ac definienda esse auctoritate, et tenore similibus decernimus, et mandamus.

§. 4. Cæterum per præsentem non intendimus privilegia, prærogativas, et gratias alias a felicis memoriæ Julio pp. II, aliisque Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris alicujus domui Lauretanæ pro peregrinis, aliisque Christianifidelibus ad illam venientibus super victualium hujusmodi asportatione ad civitatem Lauretanam, eorumque venditionem concessis, et attributis in aliquo derogare, sed ea in suo robore, sicut prius, ita et in posterum futuris quoque temporibus permanere debere auctoritate, et tenore prædictis statuimus, et mandamus.

§. 5. Decernentes ipsas præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac civitatum, et locorum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quo-

Reservatio-  
ne  
peculiaris.

Clausula su-  
blata, et decre-  
tum irritans.

Derogatio cou-  
trariorum.

que indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, et efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die secunda aprilis millesimo, septingentesimo, septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.

LXXXVII.

Monachis, et monialibus monasteriorum, et congregationum Cælestinorum, Camaldulensium, et Cisterciensium civitatis Faventinæ conceditur facultas eligendi nuntium deputatum ad interessendum publicis comitiis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

**R**ationi, ac æquitati quam maxime convenire videtur, ut in definiendis, statuendisque iis, quæ ad plarium utilitatem, commoditatemque, et respective præjudicium pertinent, communis accedat assensus, atque voluntas; qua de re, ne alicui damnum irrogari ex alieno facto contingat, in id apostolicæ auctoritatis Nostre partes interponimus, prout omnibus serio perpensis in Domino salubriter expedire conspiciamus.

§ 1. Nuper siquidem Nobis exponi fecerunt dilecti filii abbates, et monachi ordinis sancti Benedicti congregationum Cælestinorum, Camaldulensium, et Cisterciensium nuncupatorum, nec non dilectæ in Christo filiæ abbatissæ, et moniales ejusdem ordinis, ac monasteriorum in civitate, ac territorio Faventino existentium, quod juxta diversas derivationes pecuniarum, quæ

a possidentibus bona immobilia in civitate, ac territorio prædictis ejus communitati persolvuntur, inter se quæque diversæ sunt crumenæ, seu capsæ, diversusque est usus, cui pecuniæ solutæ prædictæ destinari debent. Inter autem plures crumenas, seu capsas, quæ ad hujusmodi effectum a dilectis filiis communitate, et hominibus dictæ civitatis detinentur, duæ extant, in quarum unam ecclesiastici omnes concurrere solent, juxta ratam bonorum, quæ possident, a quacumque vero contributione in aliam crumenam, seu capsam exempti sunt monachi, et moniales undecim congregationum ordinis sancti Benedicti: quia tamen sæpe evenire solebat, quod pecuniæ spectantes ad prædictas duas crumenas, seu capsas erogabantur in usum diversum ab eo, in quem erant convertendæ, hinc, ut crumenæ, seu capsæ hujusmodi de pecuniis sic erogatis reintegrari possent, novis datiorum indictionibus ecclesiastici gravabantur; ad has itaque, aliasque inordinationes tollendas ab immemorabili tempore assueverunt quatuor deputati ecclesiastici, duo nempe ex sæculari, ac totidem ex regulari clero se conferre, atque eum decisivo voto interesse omnibus consiliis, atque congressibus communitatis, in quibus agenda, et definienda erant ea, quæ commune interesse tam laicorum, quam ecclesiasticorum respiciebant. Cum autem id minime satis esset ad impedendum usum pecuniarum diversam ab eo, pro quo dictæ duæ crumenæ, seu capsæ destinatae reperiuntur, hinc a tempore pariter memoriâ hominum excedente interessentibus eisdem consiliis, et congressibus duobus deputatis ecclesiasticis regularibus, usu receptum fuit, quod unus ex illis ex ordinibus mendicantium, et alter ex monachis ordinis sancti Benedicti assumerentur, quo sæpe pacto, cum monacho hujusmodi sic deputato, plene innotescerent privilegia, atque exemptiones tributæ undecim congregationibus dicti ordinis, hinc ipse supra alios omnes tueri poterat jura crumenæ, seu capsæ privilegiatæ, illius nempe, in quam minime prædictæ congregationes contribuere tenentur, dum reliquis tribus deputatis ecclesiasticis nil intererat earundem congregationum privilegia vindicare, quæ congregationibus ipsis tantummodo congruunt, et earum propria sunt; non vero ordinibus mendicantibus communi, sed aut privilegiorum hujusmodi relevantiam igno-

Datum die  
24. aprilis  
1776.  
Anna 18.

Proemium.

Expositio pro-  
cum

rando, aut illorum executionem, et observantiam minime petendo, vel eorum existentiam simulando, suasi undique ipsi esse semper poterant, quod eo minus gravata inde reddebatur crumena, seu capsula, pro qua ecclesiastici omnes contribuere tenentur, quo magis onera super alia crumena, seu capsula privilegiata imposita fuissent. Id vero experientia reddidit exploratum; maximam enim assecuta sunt utilitatem eorandem exponentium monasteria opera, ac studio deputati dictarum congregationum, qui solo vicennii tempore a quantitate scutorum quatuordecim millium circiter, qua ceteri deputati ecclesiastici crumenam, seu capsulam privilegiatam identidem gravare addebantur, liberam, ac immunem, lites etiam sustinendo, servavit.

§. 3. Hæc itaque deputatio unius monachi ex dictis congregationibus ad annum usque MDCCLII. perrexit, quo tempore, licet felicitis recordationis Benedictus pp. XIV. prædecessor Noster sua constitutione, quæ incipit = *Quamvis jamdudum* = præscripsisset, ut in quocumque loco status ecclesiastici eligendi essent duo deputati, unus ex sæculari, alter ex regulari clero; eoque deficiente, ambo sæculares esse deberent, ad hoc ut ipsi interessent consiliis eorum respective communitatum; nihilominus cum sancta in hujusmodi dispositione minime observata fuerint in civitate Faventina; hinc præter duos deputatos ex clero sæculari, atque alium ex clero regulari ex ordine tamen mendicantium, etiam post annum 1752. interesse assuevit quartus deputatus monachus ordinis sancti Benedicti usque ad annum 1770; tunc enim primum consilarii, seu homines prædictæ civitatis voluerunt, ut juxta formam ejusdem constitutionis deputati ecclesiastici ad duo tantum redigendi essent, quæ de re ab inde postea exponentes præfati non solum eorum peculiarem deputatum minime habuerunt, sed electio deputati ex clero regulari semper evenit in persona unius ex ordinibus mendicantium, ea sanè de causa, videlicet, quod cum ipsius electio pluralitate votorum peragenda sit, monachi victi, mendicantes hujusmodi victores evadunt propter majorem eorum numerum, ita ut a mendicantium arbitrio electio pendeat deputati regularis. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, id in grave damnum, et præjudicium cedat prædictorum exponentium, hinc ipsi, quoties a regula-

ribus civitatis, et territorii Faventini hujusmodi in posterum in eorum regularem deputatum eligatur aliquis ex ordinibus mendicantium, tunc, et eo casu, facultatem, non obstante constitutione prædicta ejusdem Benedicti XIV. eligendi eorum tertium deputatum ecclesiasticum, qui cum voto decisivo consiliis, et congressibus prædictis interit, in quibus tractandæ, et definiendæ erunt res interesse respicientes crumenæ, seu capsulæ privilegiatæ, in quam contribuere dictæ undecim congregationes, non tenentur, alias concessam pro Ferrariensi, Ravennatensi, Pisaurensi, et Cæsenatensi civitatibus, sibi quoque per Nos concedi plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerant, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione, et voto dilecti filii Nostri Vitaliani Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præbyteri cardinalis Borromei nuncupati in provincia Romandiolæ, et exarchæ Ravennæ Nostri, et Sedis apostolicæ de latere legati, auctoritate apostolica tenore præsentium statuimus, atque decernimus, ut si contingat futuris temporibus a clero regulari eligi in summo deputatum unum professorem ex ordinibus mendicantium, qui comitiis, seu congressibus a communitate, et hominibus civitatis Faventiæ pro tractandis publicis negotiis pro tempore habendis interesse debeat, eo casu dumtaxat, memorata constitutione Benedicti prædecessoris minime obstante, et licet in ea præscriptum sit, ut duo tantum deputati tam cleri sæcularis, quam regularis in dictis comitiis admitti possint, superiores, seu abbates monasteriorum hujusmodi congregationum bona stabilia, et monasteria in civitate, et territorio Faventino præfatis possidentes eorum peculiarem deputatum eligere, ac deputare respective valeant, dictusque deputatus tanquam tertius in eisdem comitiis admitti debeat, et locum habeat, eisque assistat, suamque sententiam, suosque sensus ape-

Tenor novæ concessionis cum suis declarationibus, et reservationibus.

Providentia captæ a Benedicto XIV. in sua constitutione, quæ incipit = *Quamvis jamdudum*.

riat, firma remanente constitutione præfata, quando ex clero regulari unus ex monachis dictarum congregationum deputatus eligatur. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula suspensa, et decretum irritans.

Derogatio contrarium.

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus præfata ejusdem Benedicti prædecessoris, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ civitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac eam quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hæc vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima quarta aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.

LXXXVIII.

Dat. die  
4. maii  
1776.  
Anno II.

Confirmatur erectio congregationis Oratorii sancti Philippi Neri in civitate Mexicana in Indiis facta.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **E**x quo divina majestas ad pastoralis officii fastigium Nos quamquam immeritos evexit, quantum in Nobis fuit, superno auxilio freti conati sumus, ut divini cultus, et catholicæ fidei propagatio, et animarum salus opportunis mediis augeatur, et propterea clericos, seu presbyteros congregationum operari cupientes, intentis studiis promovemus, et instituimus, favoribusque, et gratiis prosequimur opportunis, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Proemium.

§. 2. Cum itaque, sicut accepimus, in civitate Mexicana in Indiis congregatio presbyterorum, et clericorum sæcularium oratorii sancti Philippi Neri pluribus ab hinc annis canonice (ut asseritur) erecta, et instituta sit, iidemque clerici, et sacerdotes Christifidelium confessiones audire, Ecclesiæ sacramenta administrare, exhortationes ad populum habere, infirmos visitare, et alia pietatis, et charitatis opera non sine notabili piarum animarum spirituali consolatione, divinique cultus augmento juxta pium eorum institutum exercere cupiant, ac de præsentibus exercent; pro erectionis autem, et institutionis hujusmodi subsistentia, et validitate plurimum desiderant, illas apostolicæ Nostre confirmationis robore communiti.

§. 3. Nos presbyteros, et clericos prædictos, ut ad pia, et sacra opera hujusmodi exercenda promptiores reddantur, ac fructus, quos in vinea Domini plurimos hactenus Domino obtulerunt, eosdem uberores in posterum afferant, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati: erectionem, et institutiones prædictas, quatenus illæ canonice factæ fuerint auctoritate, aposto-

Statu congregatio in Indiis.

Laudatur, et confirmatur erectio congregationis, que habetur ad instar congregationis Oratorii de urbe.